

lebant, cum uel Carysij Callicratis facultates uincere dicebant. Aristoteles autē in Atheniensium Reipub. citante Suida, tradidit Callicratem quandam ē iudicum ordine fuisse, qui iudicarias exactiones supra modum auerxit, atq; hinc natam paræciam de inmodicis exactionibus.

Vulcanium uinculum.

LXXII

Ἡρώεις (Θ) δρομῶς, id est: Vulcanium uinculum. Vbi quis nodis inextricabilibus esset illigatus, Vulcanij uinculis teneri dicebatur. Sumpta denominatione ab adamantinis illis uinculis, quibus apud Homerū Vulcanus Venere[m] et Martem sic irretiuit, ut quo magis se conarentur explicare, hoc magis inuoluerentur. Homerus Odyssæ octauo:

Ἡρώεις ἰσθμῷ ἐς χαλκῆωνα, κακὰ φρεσὶ θυσοδὸς ομείων. Ἐρ δ' ἔπειτ' ἐκμοχέτω μέγαν ἄκμονα, κόπῃ δὲ θεσμοῦς Ἀφῆκτες ὄλωντες, ὅσῳ ἔμπεδον αὐτῷ μένοιεν. Αὐτὰρ ἔπειτ' εἰν ταῖς δ' ὄλων καρολῶμι μὲν ὄσῳ. Ἡρώεις ἰσθμῷ ἐς δὲ λαμοῦ, ὅθι οἱ ὄλαι δέμιυ ἔκαστο. Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἐξέμισιν χεῖρ' ἐπέματα κνήμῳ ἐπαγῆς, Ἐρ δ' ἄρ' ἀπὸ δὲ κνήμῳ καθύπευθε κνήμῳ δὲ κνήμῳ, Ἡρώεις ἀρέχρια ληπῆ, τὰ οὐκέτι οὐδ' ἰδοῖτο οὐδ' εἰδῶν μακάρων. id est:

Ille domum petijt, quæ fuit ferraria fornax, Secum ino interea penitus mala pectore nolens, Ac trunco imposita prægrandi inculcæ, secabat Vincula nulli uel rampenda, uel effugienda, In quibus impliciti simul astrictiq; manerent. Ad postquam insidias Marti indignatus, et artes Absoluisset, adit conclauē, ubi ducet cubile Stabat, et hinc illinc fillacia uincula fulcris Obligat, et summo suspendit plurima tecto, Miræ tenuis, sic telas ut araneolorum, Sic uti nec possint oculis deprendier nullis, Non uel diuorum. Adagium refertur à Suida.

Ad fatietatem ufque.

LXXIII

Ἄρξαι κόρῃς, id est, Vsq; ad satietatem, id est, quātumlibet, aut amplius. Quod ita demū proverbij fuerit, si longiuscule transferatur, ut in poetici literis uersatus sum, ἄρξαι κόρῃς. Et illust. nobis. Ἄρξαι κόρῃς. Et Quintilianus metaphoris gaudet, ἄρξαι κόρῃς. Idem composita uoto dicunt, κατὰ κόρῳς, id est, Affatim. Refertur à Zenodoto.

Votum munificum.

LXXIII

Εὐχῆ μεγαλοδωροῦς, id est, Voti munificum. Vbi quis animo spei regias concepit, iamq; uoto diues est. μεγαλοδωροῦς Græcis dicitur, qui magna donat. Nihil autem uoto hominis liberalius. Largitur enim culibet, quānticūq; petiit. Meminit huius Lucianus in Hersibus.

Vtinam domi sim.

LXXV

Οἶκος γενεῶμαι, id est, Vtinam domi sim. Dici solitum, ubi quis optat ē malis, quibus implicitus est, emergere. Trāslatum uidetur ab ijs, qui in tempestate periclitantur. Nā nūc etiam ita uulgo loquuntur, qui periculose nautant, οἶκος γενεῶμαι. Refertur à Suida.

Vtinam male quemadmodum inuenisti, enicias.

LXXVI

Εἶδε προύλωε ὠσπρ' εἴηες ἐθελοῖς πλῆν ἕδισται. Id est, Vtinā ita ut male reperisti ius, et enicias male, hoc est, utnā quēadmodum male tibi peperisti famam, aut facultates, ita et male perdas. Iuxta Plautinū illud: Male partum, male dispersi. Suida hunc trochaicum, ut proverbialē citat ex Aristophane. Apud quem extat in equitibus, diciturq; inibi in Cleonem, yeiβου. depeccatorem.

Vltro deus suppeditat bona. LXXVII

Ἀὐτομάτως ὁ θεὸς ἐννοῖ τὰ ἀγαθὰ, id est, Vltro deus subijcit bona. Quoties res citra nostram operam feliciter cadunt, quasi deo quoquam accurrant. Stobæus senarium hunc adducit ex Flutis Cratini: Αὐτόματα τοῖσι θεοῦ ἐννοῖ τὰ ἀγαθὰ. id est: Vltro bona istis ipse suppeditat deus.

Ventres.

LXXVIII

Τασεῖς, id est, Ventres. Dicebātur homines edaces, uentriq; atq; abdomini seruientes. E pimenides Cretensis, citate diuo Paulo in epistola, quam scribit ad Titum: κρετῆς ἀεὶ ἡμεῖς, κακὰ βρωῖα, γαστῆρες, ἀρροί. id est, Cretenses uani usq; male feræ, alii inertes. Itē Lucilius: Vuate hocomes, come dones, iuate uentres.

Trentius in Phormione: Pugnos in uentre[m] ingere. Donatus ostendit, et ad totū parasitum referri posse. Plutarchus in cōmentario de discrimine adulatoris et amici, putat hos uersus iambicos, non perinde quadrare in canerum, atque in assentatorem et parasitum:

Γαστῆρ' ἔλον τὸ σῶμα, πτωχῶν ἑλέτων Ὀφθαλμοῦς, ἔσσω τις ὁδὸς ἰσθμῷ. id est, Est uenter omne corpus, undiq; obtius Oculis, suisq; bestia reptat dentibus. Iulius Pollux libro de rerum uocabulis sexto, admonet olim bibacem τῶ ἰσθμῷ, id est, dolum appellatū, et edacem, κάβοσσορ, quod κίβοσς frumenti mensuram significaret, quasi legemā dicas.

Vlyssæum commentum.

LXXIX

Ὀδύσσεια (Θ) μακρῆ, id est, Vlyssæi inuentū, callidum, astutū, et uastū dicebatur. Vlyssæm Homerus ubiq; uersus facit, ac dissimulantem, simulantemq;. Vnde eundē statim initio Odyssææ, ὠδύσσορ appellat. Vergilius itē: Sceleratūq; inuentor Vlyssæ.

Refertur apud Suidam. Plutarchus in Lysandri uitā declarat quid sit Vlyssæum commentum. Lysandrum Lacedæmonij missa scyrala domum reuocatur. Is metuens accusationes Pharnabazis regis, qui gratiosus erat Lacedæmonijs, dedit operam ut cum illo ueniret in colloquium, Ab eo nullis precibus impetrat, ut scriberet magistratui se nullis ab ipso lesam iniurijs. Pharnabazem cum Cretenis quod aiunt Creteissans, conscripsit epistola ex Lysandri sententia, quam illi legendam tradidit, sed clau scriperat aliam ex sui animi sententia, sigillo et inscriptione tam simul, ut dinosci non quarent altera ab alteris, eamq; tradidit Lysandro. Is nihil suspicans, reddidit, quam lesam, quam illi comstrassent Ephori, Lysander intellexit non solum Vlyssæm uersuum fuisse. In hanc fermē sententiam Plutarchus.

Vicitant succo suo.

LXXX

Proverbiali figura dictum est in parasitos: Vicitāt succo suo, qui si quando coena contingit lautior, ingurgitanti sese. Rurj us ubi nulla ariditas spei coenatica, cogitaturq; οἰκίστοιο uiuere, fortiter ferunt in eam, et in conuuij spem durant. Sumpta metaphora à cochleis, que per aestum intra testam contractæ, uticūq; succo suo aluntur, donec acciderit pluuia.

Plautus in captiui duo: Cum res, inquit, prolatae sint, cum rus homines cum simul prolatae res sunt nostris dentibus. Quasi cum calcatur, cochleæ in occulto latent suo sibi succo uiuunt, ros si non cadit: Iidem parasiti rebus prolatis latent, In occulto miseri iūctant succo suo.

Viri infortunati procal amici. LXXXI

Ανδρῶς κακῶς πρὸς ὄσοτον, ἐκποδῶν ὡν ἔλθοι. id est, Viri siti in malis amici sunt procal.

Paracmia notat mores amicorum vulgarium, qui hircundinū ritui, pro ratione temporum aduolant, ac deuolant. Aduolant ubi res secumde, deuolant ingruente rerum tempestate. Aristides in oratione panathenica nominatin adagij titulo usurpauit. καὶ τῷ προσημίῳ ἐν ἄλλοις, οὐ γούρ ἐκποδῶν εἶναι κατέλγει ἔλθῃς κακῶς πρὸς ὄσους, ἔλθῃς πολλαῖς καὶ τῶν προδοτῶν διαφόρων ἐπὶ τοῖς ἀτυχίμασι ἔλθῃς πεποικῶν, id est, Ac prouerbiū inuenit. Declarauit enim haud quaquam esse procal amicos, eius cui res sunt aduersae, uerumetiam multos, qui antea disidebāt, in rebus afflictis sibi reddidit amicos. In hac sententiā extat et huiusmodi senariū:

Τῶν δ' ὀνυχοῶτων εὐτυχίης οὐδὲς ἔλθῃ. id est, Felix amicus nullus infelicibus.

Item alter huic similis:

Κρίνει ἔλθῃς ὁ κομῶς, ὡς ῥησοῦν τὸ πῦρ. id est: Ut ignis aurum, amicum iam tempus arguit.

Ad hanc sententiam palam allusit Cicero libro familiarū epi stolarū nono. Nam et si nō facile diiudicatur amor uerus et fides, nisi aliquod incidat eiusmodi tempus, per quas aurum igne, sic beneuolentia fidelis, periculo aliquo perfici potest. Cetera sunt signa cōmunia. Horatius:

Vilis amicorum est amonia, bonis ubi quid deest, Passim habetur amici, qui petant, qui dent, per pauci. Pindarus item in eandem sententiam:

Ὀχρεῖται τιμὰ ἔλθῃν παρωμῶν φωνῆ, παῖθοι δ' ἐν πόνῳ πρὸς ἑσῶτον. id est, Perit honos homini amicis orbato.

Sunt autem pauci mortales fidi in rebus afflictis.

Vias nouit, quibus effugit

Eucrates.

LXXXII

Οἶδ' εἰ τὰς ὁδούς ἔλασθ' ἔφυγεν εὐκράτης, id est, No uit uias quibus effugit Eucrates. In eū quadrat, qui semper aliquid inuenit rīman, ut inquit Plautus, per quam elabatur, ut officium subterfugiat. Aristophanes in Equitibus:

Εὐλαβῆς δὲ μὴ φύγη σέ.

καὶ γὰρ οἶδε τὰς ὁδούς ἔλασθ' εὐκράτης ἔφυγεν. id est, Cave, ne te effugiat.

Etenim uias nouit, quibus Eucrates effugit.

Taxat autem obiter Eucratē mores, aliquo pretextu suffi gientis, si quando fides esset prestanda.

Viuūt, incende ignem.

LXXXIII

Ζῆ, καὶ πῦρ. id est, Viuūt, incende ignem. Vbi in negocij periculo si puncto fessinandum adnomenus, et occasione arripendam, ut cū reperita scintillula properatur, non pereat et illa. Refertur apud Suidam.

Venter auribus caret.

LXXXIII

Ρασίης οὐκ ἔχει ὄτρα. id est, Venter nō habet aures. Vbi de pastu agitur, non admittuntur honeste rationes. Attestatur huic senariū ille prouerbij uice Grecis celebratus:

Διμῶ γὰρ οὐδ' ἐμ' ὄστῃ ἀντεπέμψ' ἔσθῃ. id est,

Contra famem etenim nulla contradictio est.

Celebratur à Plutarcho, Gellioque, dictum illud Catonis, ex oratione quadam, qua diffusius legem agrariam. Eam sic exorsus est, ut dicat arduum esse, ad uentrem uerba face re, qui caret auribus. Nec inepte accommodabitur in eos, qui uentris addicli inoluptatibus, nihil admittunt, quod uetū non sit amicum.

Cum puluisculo.

LXXXV

Vel cū puluisculo dicimus, quoties omnia sic tolluntur, ut nihil fiat reliquū, ne puluis quidē. Metaphora magis sumpta uidetur ab ijs, qui frumentū ab arca cōuertunt, non sine pul uere. Plautus in Rudentibus: Cōuerret hircianime totum, cū puluisculo. Idē in Truculentio: Quo citius rē eo auferant cum puluisculo. Simili figura dixit Iuuenalis cū erugine, pro eo quod est integre, et nulla parte diminutum.

Nunc si depositum non inficietur amicum, Si reddat ueterem cum tota erugine follem.

Eodem pertinet Euangelicam illud, quo iubentur etiam pūd uerem excutere apostoli, id est, ne minimum quidem ab eis auferre secum.

Valere pancraticē.

LXXXVI

Plautus in Bacchidibus: Valere pancraticē, dixit, pro eo quod est firma esse ualeitudine. Nā in Pancretis robur corporis potissimū spectabatur. Pro eodē dixit ualere athleticē. Valere pugilicē. Valere basylicē. Tertius item, pugilē esse aiunt. De puella robustiore et habitiore. Greci βασιλικῶς pro magnifice, prouerbiali figura a dicūt. Necq; si sermo uul go non trius est, etiam hodiernis temporibus.

Fcedum est & mansisse diu,

uacuumque redisse.

LXXXVII

Versus hic Homericus ex secundo Iliados libro, nō dubi um quā annumerandus sit inter eos, quos Macrobius scri bit in prouerbium abijisse.

Αἰχμή τοι δὲσθ' ἐμ' κέντρον τὸ ἔσθ' οὐδ' οὐ. id est, Turpe est et mansisse diu, uacuumq; redisse.

Conueniet, ubi quis longam de se concitauit expectationem, cui postea nō respondeat. Veluti si quis studij causa diu pere grinatus, domū redeat nihilo doctior. Aut si negociator post diuinam absentiam reuertatur, nihilo ditior. Aut si quis ad modum longeuus, nihil preclari gesserit in uita, quo se uixisse testaretur. M. Tullius prouerbij uice usurpauit, Epi stolarum ad Atticum, libro sexto. Epistola cui initium: Nūc quidem profecto.

Tragulam iniicere.

LXXXVIII

Plautus in Epidico: Tragulā in te iniicere adornāt, id est, dolum aliquem in te fruat. Et ibidem: Nescio quam fabri cam facit. Sic autem habet uersus tetrameter.

Tragulam in te iniicere adornat, nescio quā fabricam facit. Vtraq; figura prouerbialis uidetur. Idē in Cassina: Ego Pol istam iam aliquorsum tragulam decidero. Rursus in pseudo do lo: At uolui iniicere tragulam in nostrū senem. Huic simillimū quod dixit in Mostellaria, pilum inieci si mihi.

Trium literarum homo.

LXXXIX

Triū literarū homo: Per Ironiam dici potest, in eū, qui generosus et ingenius uideri cupiat. Inde natum, quod olim ingenui, prænomen, nomen, et adnomen, in literis aut insi gnibus suis, tribus literis notare soleant. Vt pro Quinto Vae lio Maximo, Q. V. M. Hinc uulgi iocus, de trium literarū homine. Plautus in Aulularia toci alio detorsit, nempe in ser uum faracem. Subijcit enim: Etiam fur, trifraricifur,

Trium dicrum comneatus.

XO

Trium dierū comneatus, quam instare pauperis extrema significatur. Trāslatione ducta à militum comneatu. Est apud Aristophanem cum aliis tum in Acharnensibus.

καὶ μ' ἐπιτρέσθ' ἐπὶ τῷ ἀμαρτωλῷ τῷ ἰδίῳ. id est, Et me seruare comneatum dicrum trium.

Interpres addit, antiquitus in bellū iturus edici solere, ut sibi tridui non minus, comneatum pararent. Proinde tridui com neatus

mc. atium

meatum dicimus minimis facultates, quae uix ad triidui uictu sufficient. Non dissimili figura Tereuinus in seipsum exoraciant, dixit decem dicrum familiar.

Tragedias in nugis agere. XCII

Tragedias in nugis agit, qui in leuicidia, tumultu mouet. Et ut ait Tereuinus, magno conatu, magnas nugas dicit. M. Tullius de oratore lib. secundo: Ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si tragedias agamus in nugis. Vt patet idem Fabius lib. sexto, capite de peroratione. Nam in paruis, inquit, litibus has tragedias mouere, tale est, quasi si personam Herculis et cothurnos aptare infantiibus uelis. Quin hoc ipsum excitare tragediam, si alio quopiam despectat, pro uerbium respicit. Vnde et Graecis ἐπιτραγωδία dicitur.

Transfersum agere. XCIII

Transfersus agi dicitur, qui in se impetu quoda ab instituto desectitur. Ita Publius Ninnus apud Macrobiolum libro Saturnalium secundo, cursum fortune transfersum uocat. Duclum apparet a nauigantibus, qui secundo uento recto cursu feruntur, statu aduerso, transfersum aguntur.

Thrasibulo Dionysium dicitis esse similem. XCIII

Θρασυβούλου διονυσίου φάσι εἶναι ὁμοιοῦν, id est, Dionysium Thrasibulo similem esse dicitis. Dici solitum, ubi quis ea componit, quae nimio intervallo inter se differunt. Dionysius enim inter pesilentissimos tyrannos commemoratur, Thrasibulus laudatus, quo ad reipub. studiosissimus fuerit. ptum est ē Plutō Arisiphanis.

Tributis potiora. XCIII

Τὰ ἄλλα φόρον κρείττονα εἰσι, Tributis potiora. Dicebatur, ubi quis ex male factis et iniquitate comodum ingens reportaret. Refertur a Suida, puerbij nomine, nec pluribus exportaret. Harporation in dictionario rhetorico scribitur extitisse in oratione Hyperidis aduersus Atheno genē. Inde natū opinor, quod qui principum nomine tributum exigunt, ferē plus extorquent, quam par est. Et principes sic petunt, ut ab iniuriis rapiant, ni dent, quod petunt. Cōgruit huic illud Pin dāri, in Pythijs hymno octauo: κέρδος δὲ ἔλτα τομ γ' ἐκόντος εἰ τις ἐν δόμων φέρει, id est, Lucrum autē gratissimum, si quis ex uolentis edibus ferat.

Tragica simia. XCV

Τραγικός τῶν κωμῶν, id est, Tragica simia. Prouerbiali conuicio dicebatur, quiungeretur honoribus, opibusq; poleretur, alioquin indignus. Simiam appellant homanicē, uix hominē, sed simulachrum hominis magis. Tragica ad dūm, propter furtiue strepitum, et personam additam. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinē tragicā simiā appellat, quod cum esset nequissimus, splendidis uerbis probum cinem ageret. Diuus Hieronymus in epistolis ostendit hoc scōmma iaci solere uulgo in Christianos, sed ab impijs, ethnicisq; perinde quasi uulū, habitusq; sanctimoniam praese ferunt, cum essent improbi. Quamquam hic locus in exemplaribus, non eodem habebatur modo, sicut admonuimus in scholijs nostris, quibus uere diuini uiri lucubrations, quo ad pijs hominibus, sed mediocriter doctis, possent inoffense legi, summis uigilijs emendatas, illustrauimus. Conuenit et in eos, qui barba, pallioq; philosophos se prostentur, quam caetera cultum non respondeant. Sic enim Plutarchus: Οὐτε γὰρ ἑλωσόφους πωλοῦντο οὐδὲν ἢ ἑθιμοφροζία ποιῶν, οὐτε ἰσκακοὺς αἰ λινοσλοιοῦ, id est, Neque enim alere barbam, aut gestare uile pallium philosophum facit, neque iis necis uestiri i sacos.

Tineas pascere. XCVI

Tineas pascere dicuntur, quae neglecta situ percutit. Ductum a uestibus, aut libris diure conditis, et intactis.

Horatius in epistolis:

Contrectatus ubi manibus fordescere uulgi
Cœperis, aut tineas pascas taciturnus inerteis,
Aut fugies Viticam, aut inunctus mitisieris Ilerdam.

Titio ad ignem. XCVII

Δάδ' ἐπὶ πῦρ, id est, Titio ad ignē, ubi quis applicatur ad eas res, ad quas natura propensus est. Vt si mulieribus ad puellarū cōuictū: sanguinis auisus, ad militiā: lucri sitiens ad mercatum. Nō admodum abluat ab illo, εἰς ἀμεία ἐν ἑσπέρῃ, id est, In matula inmeicere. Refertur a Suida.

Tithymallus Laconicus. XCVIII

Τιθύμαλλον Λακωνικός, id est, Tithymallus Laconicus. In Ippicetis, oculisq; cœcucitibus dicebatur. Tithymallus, herbe genus, apud Lacones reperitū, singularis acrimoniae, quo sub noctē oculos illinebat, ad usum acedū. Huius Dioscorides in quarto phaeis species facit, deq; oculorū remedio diligenter meminit. Adagiū refertur apud Suidam.

Tinctura Sardonica. XCIX

Βάμμα σαρδωνικόρ, id est, Tinctura Sardonica. De colore praecellenti dicebatur, praecipue purpure. Per iocū autē transfertur ad eum, qui pudescit, aut qui ob plagas sanguine tingitur. Sardo, sicut ut Helychius scribit, insula ingens opposita Italiae, in qua uariae purpurarū tincturae laudatissimaeq; fiebant. Item dicitur et Tyriū muricem, ostrumq; Sarranum, legitimus apud Latinos. Arisiphanes in pace: ἦν ἑκέρως φάρι εἶναι βάμμα σαρδωνικόρ, id est, Quam ille predicat coloris esse Sardiniaci.

Idem in Achemenistibus:

Ἦνα μῖος βάλω βάμμα σαρδωνικόρ, id est: Vt ne te tingam tinctura Sardiniaca.

Quam curat testudo muscam. C

Ὅσορ μέλε τῇ χελώνῃ μύδωρ, id est, Quam curat testudo muscas. Suidas ex autore, nescio quo, refert haec uerba: τὸ δὲ ἀγαμέμνονι ἐπὶ διεστῆς παρῆρτος ἰσηορ ἐμλερῃ, ἢ χελώνῃ μύδωρ, τὸ ἐπὶ παροισμῆς, id est, Agamemnon autē minoris faciebat Therpsite maledicentia, quam testudo muscas, quem admodum prouerbio dicitur. Testudini nihil nocere possunt muscae, propter testam, qua munita est. Confine illi, quod alibi memorauimus. Non curat cu licem elephantus. Lepidius erit ad res animi detorum. Animus uirtute ac philosophia munitus, nihil plus timet fortune incursum, quam testudo muscas.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA NONA.

Stultior Morycho. I

Μερότις εἰ μωρόχου, id est, Stultior es Morycho. Scilicet prouerbū, in eos qui ridiculae, stulticiae quippiam facerent. Mibi uidentur pecculitauer obnoxii huic adagiom, quā domestica corū negotiorum negligentes, furis agunt, aliena carantes. Quod genus inducitur Ollus apud Martialem. Cuiusmodi sunt et apud Plutarchum Lame. Zenodotus tradit apud Siculos, Baccho cognomen esse Morycho, idē inde datum, quod in uindemijs, huius dei facies, musto, ficijsq; urentibus oblini consueuerit, quod utriusq; arboris inuente Laudem Baccho tributum ueteres, ut testis est Athenaeus libro E 2 dipnoso

dipnophobistaru scido: παρὰ τὸ μορῶμα τὸ μολυνέει, id est, à moryxæ, quod est contaminare: unde et Homerus, μολοργυμλίθῳ dixit, pro μεμολυσμλίθῳ. Bacchus autē ubiq; ridiculus, ac parum cordatus induitur à poetis, utpote deus temulentus, uelut in R.anis Aristophanis, ideòq; in huius sacris ludicra quedam, tanquā in eius contumeliam ficiant. Quin et cognomen additum cōmune causa, ἐξ ἐπίθετου. Apud Siculos huius simulachrum, nō in templo, sed extra phanum sub iōta positum erat iocosa ingressum, siue uestibulum, cōsecratum ē lapide, cui nomen Pella, arte Simmij cuiusdam Eupalami. Proinde uulgari ioco iactatū est de illo, μορότερος εἰ μορῶμα, ὅς τάνω μορῶμα, ἔξω φηί οἰκίας κἀδάτω, id est, Stultior est Morychō, quā omnis his, que sunt intus, foris extra domum desidet. Zenodotus adagium citat ex epistola quadā Polemonis ad Diophilum. Quāquā alienigenum est, ab ingenio, moribusq; meis, iusticiādis, aut infelicitandis aliorū erratis operam contrere, tamen non possum hoc loco mihi temperare, quin uidentī magis, quā in infelicitandū causā prostram, cuiusdam apud Italos non infimi nominis, inscitiam ne dicam, ac fœcorādam: presertim cum is, τῶν λειοντῶν ἐνδύσας, tantum sibi sumat in literis, ut arrepta ueluti censoria ubi gula, nō solum de scriptoribus ceteris, magna pronunciet autoritate, uerumetiam Angelij Politianum, utrum modis omnibus, et incōparabilem, et inimitabilem, seu preceptor quispian flagellet, atq; emendet. Cui cū non pauca concedat homo candidus, tamen delicate ille, et meris atticiensis assuetæ aures, transmarinæ Veneris sensum in eodem desiderant, quod οὐδ' ἀρχὴν uerterit, ne initio quidem. Audiamus igitur in hoc Aristarcho, Venerē illā transmarinam, ac germane Grecianam. Principio prouerbium hoc ē uulgatissimis Zenobij collectaneis enarrans, Polemonem perinde citat, quasi locum ipse legerit. Id quod suo more facit, uidelicet, ut in abstrusis, minimeq; uulgatis autoribus uersari uideatur. Deinde Græca, que modo retulimus indiē, ἔξ τὰ ἐνδωρ ἀφείξῃ, ἔξω φηί οἰκίας κἀδάτω, reddidit ad hunc modum: Qui relinquens habitationem interiorum, extra positam querēbat. Rursus quod habetur in ipsā collectaneis, μορῶμα δὲ θρονος ἐπιπέτωρ ἄπο τῶ τῶ πρῶσωπορ αὐτῶ μολυνέει, ἔπειδ' αὖ τρυφῶσι, τῶ ἀπὸ τῶν ἑσπέρων γλῆνκα, ἢ γλῆ τῶι χροσῶτι σύκοις, expressit hoc patio: Morychus sanē epibeton est Bacchi, ἀπὸ τῶ πρῶσωπορ αὐτῶ μολυνέει, id est, Ab inquinando uidelicet propriam faciem. Inquinare nanq; solet eam Bacchus ræcemis, et uiridibus ficis. Deinde quod idem coaceruatur et ymologian nominis reddens scripsit, μορῶμα γὰρ τὸ μολυνέει, sic interpretatus est lepos Atticus nostri temporis. μορῶμα, inquit, porrò idem est, quod μολυνέει, hoc est, ineptire, hoc est, desipere. Iam illud quāto est, πον= τὸς μορῶμας μορῶτερον, quod de Bacchi statua reddidit. Græca sic habent, παρῶσορ ἔξω τῶ νεῶ τὸ ἀγαλλμα αὐτῶ ἐστὶν παρὰ τῶν ἐισόδωρ φηί ὑποκίθω. Ea sic extulit transmarina Venus: Præterea dicitur à simplicitate Bacchi, cuius simulachrum in aperto statuatur apud Hesiodum. Vide quot ueneres in uno, cōq; per breui capite, prodidit, hic uentusius. Primum Bacchus fastiditis penetratibus ædium suarum, peregrinas festator domos: deinde cum saxeus sit, finem de statua mentio, tamen ipse sibi faciem ræcemis et iuis oblinet, quo uindematores delectet. Ad hoc cum idem significet, μορῶμα, et μολυνέει, utrumq; declarat, ineptire ac desipere: uerū his dumtaxat, qui Venerem illā transmarinam usquequaque percallucrint. Denique quod est omnium uen-

stissimū, ē uentibus, siquidē autore Polluce, ἐἰσοδῶν τῶν τεμπῶν uocatur, quod et ποσπύλωπορ dicitur, Hesiodū scire, hoc est, ē matris saxis eloquentissimum poetā. Et habet tamen hic talis artifex, quibus sit admiratio, hoc est, similes habēbra la laticas: cum innumera sint in huius commentarijs, pari flore reddita Græca, ἄτε σῆραυῶς, quod ainet οὐτὲ γῆς ἀπὸ μῶμα, que uel ipse Jaceus Morychus, id est, Homo hercle, Iuanis, atq; adeo Moria beneficio felix, qui trāsmarinæ Veneris sentiam requirit in alijs, ipse sensu cōmuni ceteris, et ui uideat, marine, quā trāsmarinæ Veneri familiarior. Sed prestat opinor, ut omnis iocis, ad insitūtū neogocū calamus recurat. Iocatur in Morychum, et Aristophanes in Vespis: ἔλθῃ βίωρ γαννώωρ ὠσῶρ μορῶμα, id est, Viuere uia generosam, quædam modum Morychus. At Suidas indicat huius nominis poetā quæpiā fuisse tragicum, cuius uita non caruerit lucus ac mollicis nota. Citatq; hoc in eadem carmen Aristophanis. Extat autē in Acharnensibus, ὁ ἀλλὰ τῶν σὺ, ἢ γλῆ πέλας ποδῶ μῶμα, ἢ λῆς, ποδῶν ἢ μῶμα τρυφῶν κῶις χροσῶις ὄλα μορῶμα. id est, Charissima ac desiderata iam diu. Optata ades, tu face sublitis choris Grata et Morcho.

Quator obolis non æstimo. II

Τετάρωρ ὀβολῶρ εἶναι οἶε, id est, Quator obolorum esse puta. Simile illis, que alibi retulimus: Afis te non facio, et dupondij nō facio, et teruncij nō facio. Suidas hæc quoq; refert sed tacito, qui frequens illi mos, autoris nomine, τῶν παρῶσιωρ τῶ ἐπὶ οἶε τετάρωρ εἶναι ὀβολῶρ δὲ λα γομῶμα, id est, Tuam maleciantiam existimato quator esse obolorum, quemadmodum dicitur. Et diobolare uocant Latini, quod uilissimum uideri uolunt.

Tenuem necitis. III

Ἀετῶν πάλκις, id est, Tenuē necitis. De pauperibus dicitur, quibus plerūq; tenuibus in rebus labor. Dicitur et λεπῆς ἔλατις, id est, Spes tenuis, pro exigua, et λεπῆν φρονεῖς, id est, Tenuis cura, p subitili et curiosa, et λεπῆ ἔλατις, id est, Tenuer diducis, in fordidis, quib; uel minutissimā rerum habent rationē. ducta metaphora à textoribus.

Terrestria balnea. IIII

Χθῶνα λαζῆς, id est, Terrestria, siue inferorum balnea. Dicitur uideatur, nam concitandū est, ubi quid fero iam adhibetur, nulli futurum usui, ei cui exhibetur. Veluti si quis tum reo patrocinetur, postquam pronuntiata fuerit irrenocabilis iudicum sententia. Mos olim fuit, defunctis ad sepulchrū balnea quedam inferre. Cadauer a iem sepulture danda, prius lauabantur. Vnde Eminus: Terquinij corpus bona femina lauit, et unxit.

Ter.

Ne illud quidem figura proverbiali uacat, quod Greci numeri additione rem amplificat, maxime ternionis, fortassis quod is apud prescos et absolutissimus, et sacer habetur, ut quequid ter dicitur aut factum est, id ratum et effectum habere, unde in magorum mysterijs adhiberi solitus.

Vergilius in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore Licia circumdo, terq; hæc ætaria circum Effigiem duco: numero deus impari gaudet.

Et apud Theoricum in eiusdem tituli carmine:
ἐς τῆς ἀποπέδου ὡς ἴσῃς τάς πόντια φρονῶ, id est,
Ter libo, ter & hæc pronuntio mystica uerba.

Item in ceremonijs funebribus,

Et supremum ter uoce ciemus.

Apud Euripidem in Hecuba prece ter iterato uerbo, silen-
tium indicit:

ἐργᾶτ' ἀρχαίσι, σίγα πάς ἔστω λαός,
Σίγα σιωπᾶ, Aristophanes in Ranis:
τῶτισι μ' ἀπαυδῶ, καὶ θῆς ἀπαυδῶ, καὶ θῆς
μὲν ἀπαυδῶ, id est,

Isis recuso, iterumq; recuso, rursus ualde recuso.
Pæsijq; legitur nō solum apud poetās, uerumetiam oratores,
τῆς μισθός, τῆς κατὰστος, τῆς μακάριος, id est,
Ter scelestus, ter execrabilis, ter beatus. Quod latini dicunt
in carmine sunt imitati. Vergilius:
O terq; quaterq; beati. Ouidius:

Omnia bis dices uera fuisse mea.
Et illud etiam nunc uulgo familiare, ut si quid asscuerent ne-
bementius, id ter repetant. Vt hinc etiam adagium ortum
uideri possit.

Theagenis pecunia. VI

Θεαργήνης χρηματα, τὰτ' ἀχίνας, id est, Theagenis
pecunia, quæ admodum Aeschinis. Locus prouerbialis in eos,
qui pauperes cū essent, tamē diuites haberi uolebat. Hoc mor-
bo notatus est uterq; & Theagenes, & Aeschines. Vnde co-
gnomē his additū σέλιος, à Sello quopiā inepte ambitioso,
qui cūre esset perquā tenui, tamē affēctabat uideri locuples:
unde qui hoc morbo laborabant, σέλιζον dicebantur. Fi-
nitimum ei, quod alio dicitur loco, φανῆς θύζα, id est, Pha-
nie ianua. Prouerbij meminit Aristophanes in auiibus:
ἴνα καὶ τὰ θεαργήνης, τὰ πολλὰ χρηματα,
τὰτ' ἀχίνας ἢ ἀπαντα, id est,

Vbi sunt Theagenis plurime pecunie,
Et Aeschinis quidem uniuersæ.
Tantali lapis. VII

τὰντᾶλφον λίθον, id est, Tantalii lapidē, uocant, immi-
nens capiti periculū. Apud Suidā hæc referunt. ἔσφδῃ τὸν
τὰντᾶλφον λίθον ἢ κεφαλῆς ἀπειλοῦσά μιν, id est, Quā-
doquidē Tantalii saxū capiti impēdēs excusimus. Plato apud
Stobæū, οὐδ' εἰ τὸν λεγόμενον τὰντᾶλφον λίθον ἐπι-
πλέμενον τις ἔχοι, id est, Ne si Tantalii quidē, quē uocant,
lapidē imminentē haberet aliquis. Sumpsi à fabula Tantalii,
quē quidā fingunt apud infimos, etiā hoc supplicij genus pa-
nū, ut ingens saxum sic immineat capiti, ut iamiani casurū ui-
deatur. Athenens libro dispositiōnarū sexto, fabule origi-
nē refert hunc in modū: Tantalus uoluptatum auidus, cum in
deorū cōsortiū admisus, impetrasset optionē petendī quic-
quid uellet, à Ioue postulauit, ut ad eū modū iugiter uiueret
inter epulas, nihil hac re ducens filicius. At indignatus Iupit-
er promissum præstitit, hominisq; optatis satisfecit. Ceterū
ne frui posset appositis, iacuum ingens iamiani casuro simile
supra uerticē suspendit, cuius metu non libeat quicquā attinge-
re. Vergilius Aeneidos fise libro sexto cōmentum hoc ad
Lapithas, Ixionem, ac Pirithoum refert.
Quid memor em Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;
Quos super atra silex, iamiani lapsura, cadenti
Imminet asimilis: uentem genalibus altis
Aurea fulcra thoris, epulæ, ante ora paratæ
Regifico licui. Fioriarum maxime iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas,

Excursus; facem atollens, atq; intonat ore.
Vhsparat & Pindarus in Isthmij hymno septimo: ἐσφδῃ
τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς γὰ τὰντᾶλφον λίθον ἔσφδῃς ἔσφδῃς
ἄμμι ἔσος, id est, Quandoquidē lapidē Tantalii imminentē
capiti, aliquis nobis admouit deus. Sentit autem metū instan-
tis belli. Interpres citat ex Euripide.
Κορυφῆς ὑπὲρ τῆλθοντα θεομάνω πῆρτορ,
Ἀερί ποτᾶτα.

Surdior Toroneo portu. VIII

Καρότερος πορῶνας λιμένας, id est, Surdior Toro-
neo portu. Aium portū esse quendā Toronee Tbrace ciui-
tatis, qui longis & angustis duobus excursibus porrigitur in
mare, ita ut in ipso portu scceus, nullus fluctus fragor audia-
tur. Vnde prouerbium in eos, qui nō audiunt. Stephanus me-
minit etiā sinus cognomeno T oronei, à quo prouerbij die-
ctum uideri possit. Nisi quod mare sardū uocatur, aut litus
surdum, magno fragore resonans, ut ob strepitum uindarum
preterea nihil exaudire liceat.

Surdior turdo. IX

Καρότερος κίχλας, id est, Surdior turdo. Zenodorus
ex Euboli Dionysio citat. Adscribit sorditatem hinc ad pecu-
liarem, cum sit loquacissima, uel prouerbio teste. Vnde con-
cinne dicitur in eos, qui perpetuo blaterantes ipsi, nō aufcul-
tant, quid uicissim ab alijs dicatur.

Effeminatorum etiam oratio

effeminata. X

Ενερσιμ ἢ δὲ γλοισι κἀναυθοισι λόγοι, id est,
Inertibus uiris, iners oratio.
Vt quisq; est, ita & loquitur. Refertur à Zenodoto. Cōfine
illi, quā ubi retulimus. Est atus stultia loquitur. Itē illi: Quis
uir, talis oratio. T amet si longe aliū Dracem fecit Vergilius.

Stupidior Praxillæ Adonide. XI

Ἠλιδιώτερος πρεσβύτης ἄσωνος, id est, Stultior
Praxille Adonide, in uehemētior stupidior. Polemon apud Ze-
nodotū, tradit Praxillam fuisse quāpiam Sicyoniā poetriā,
que in suis canticionibus Adonidē inducit ab inferis interrogā-
tam, quid apud superos pulcherrimū reliquerit, respondere
solem, cucumeres, mala. Quod cum uehemētior inuisum ui-
deretur, cucumeres & mala cum sole componere, prouerbio
dici coeptum, in homines nullius iudicij.

Simonidis cantilena. XII

Σιμωνίδος μέλις, id est, Simonidis cantilena. De uisris
ac subdolis dictum est. Hunc tradit primū astutiam & que-
stum in artem inducisse. Erant illi duo fratres, alterum gra-
tiarum, alterū premiorum, que cum post tempus aliquantū
aperuisset, gratiarū arculam semper offēdebat inanē, præ-
miorum, semper plenam. Hoc commento significans se nolle
gratis donare carmina. Memini huius rei Plutarchi si libel-
lo, περὶ φθὶ πολυπρεπῶς μωσαυκῆς. Vnde Aristophanes apud
Suidā, ἔσται σιμωνίδος μέλις, id est, Cane Simonidis car-
mina. Meminit Aristophanes in auiibus:
Ἐγὼ τὸν μὲν αὐτὸν πλὴν λυρῶν λαοσώκῆς ἐγὼ κέλευσα
ἄσαι σιμωνίδος μέλι. id est,
Primum quidem ipsi uisū, uti sumpta lyra sonaret
Simonideam cantionem.

Ad duo serinia allusit Theocritus in Chartibus;
Οκνηραὶ δὲ πάλιν κενεῖες ἐπὶ τοῖς μὲν χιλιάδ, id est,
Rursus at ignaue, uacuo intra serinia fundo.

Si tibi machæra est, & nobis urbina
est domi. XIII

Plautus in Bacchidibus: Si tibi est machæra, & nobis ur-
bina est

bina est domi. Quoties malū malo opponitur. Nā machera
 & urbina utriq; teli genus est. Sūt autē apud Plautū Chry-
 sali verba minus referētis, & militis sentitū senis item dicitis
 retundētis. Placides Fulgentius pro urbina legit, Veriana,
 & interpretatur teli genus oblongum. Similimum est illis:
 Par, pari. & Malo nodo, malus querendus cuneus.

**Semper agricola in nouum
 annum diues.** XIII

Αει γεωργός εις νέωτα πλούσιος, id est, Agricola
 semper diues annuum in nouum. De ijs dicitur in nouum, qui spe
 futuri compendij diuites sunt, ac sibi met, expectatione rerū
 ampliarum blandiuntur. Ducūtū a colonis, qui semper proximi-
 me estatis uberiorum prociuum sibi pollicentur, etiā spe,
 iam sumptus nonnullos audent facere.

Semper uirgines furiaē. XV

Αει παρθένοι ἐρίωνες, id est, Semper uirgines furiaē.
 Prouerbum obscurius deterret a peccando. Erinyes enim
 malefactorum ultrices corrumpi non queunt, quo minus por-
 nas sumant de ijs, qui cōmeruerunt, atq; hac gratia dicta uir-
 gines. Suidas ē Sophocle citat.

Senex bos non lugetur. XVI

Γέρον βοσ ἀπειθήνοτος δόμου, id est, Bos senex uae-
 tati lucū domesticorum. Hoc est, senum mors, quod tempeste
 us uideatur, non lugetur ab amicis. Quin & hodie si quādo
 nunciatur obitus hominis, natu grandis: Nihil acerbum in-
 quiant, haud perijt in canabulis. Mortem iuuenum complor-
 rant ij quoq; ad quos nihil attinet.

Sero uenisti, sed in colonum ito. XVII

Ὁψ ἦλθες ἄλλα γ' εις κολωνόν ἴσο. id est,
 Sero ades, aſt colonon hinc te confers.
 Iocus prouerbialis aduersus eos, qui post tempus aduenirēt,
 aut qui mercede quippiam facerent. Porro Colonus est terra
 aditor, in speciem tumuli seu collis. Huiusmodi duo erant
 Athenis, alter iuxta Neptunt templū, in quo equites cōuenie-
 bant, alter iuxta templum Vulcani, qui a foro seu mercatu di-
 ctus est, ἀγοράς. Hinc coloneta dicti, qui mercede conduce-
 rentur, quod illic confisterent, qui conductorem querēbant.
 Huiusmodi fermē Suidas.

Ad pedem. XVIII

Περί πόδα, id est, iuxta pedē. Quod appositi & uehe-
 mēter accommodati, id est, περί πόδα dicebatur. Sumpta meta-
 phora a calciamentis probe ad pedis mēsuram quadratibus.
 Vnde celebratur & illud Pauli Aemilij apophthegma, nouū
 calcem ostendentes. Vos, inquit, uidetis bellum, ac nouum
 esse calcem, uerū qua parte pedem torqueat meum, id ego
 demū sentio: significans Papyrian uxorem, non esse suis ac-
 cōmodatam moribus. Suidas Platonem citat,
 Ὅσ' ἐσ' μοι τό χαμίμα τούτο περὶ πόδα, id est,
 Vi hoc meo negocium quadrat pedi.

Sarpedonium litus. XIX

Σαρπηδωνία ἄκρη, id est, Sarpedonium litus. De re tur-
 bulenta recte dixeris, siue de uehementer clamorē & obstre-
 peris. Est enim huiusmodi litus quoddam Thracie Neptuno
 sacrum, quod aſsiduis fluctibus tunditur. Est & aliud eiusdē
 nominis in Cilicia. Rursum aliud iuxta Oceanum, ubi Gor-
 gonibus sedes esse ferunt.

Seruilior Messena. XX

Δεσποτέρη μασιλιώνας, id est, Seruilior Messena. De
 minime liberis dicebatur, & alieno iuuentibus arbitrio. La-
 cedemonij Messenos quod iterum, atq; iterū desciaſſent,
 in seruitutē redegerūt, eosq; diuuis etiā, quān reliquos ser-

uos tractarūt, ne demores nouis moliri possent. Historia re-
 fertur a Pausania Messenē et a Iustino lib. epitomati, ij.

Seruus cum sis, comam geris. XXI

Δούλος ὦρ κόμην ἔχης, id est, Seruus cum sis, co-
 nam habes. De eo, qui preter decorum quippiam faceret,
 ueluti si quis humili conditione patriciorum cultum imita-
 retur. Apud Lacedaemonios enim ingenui comam alebant.
 Adagium refertur quidem a Suida, ceterum extat apud Ari-
 stophanem in Auisibus:
 Ἐσφρα δ' ἄρα δούλος ὦρ κόμην ἔχης, id est,
 Ac deinde seruus cum sis, portas comantē

Seruorum ciuitas. XXII

Δούλων πόλις, id est, Seruorum ciuitas. De certū cōi-
 tiūq; hominum improborū, furacium, aut ignobiliū dici po-
 test. Est hoc nomine ciuitas quepiam in Libya, ut autor est
 apud Suidam Ephorus in quinto, apud Stephanū Hecateum.
 In hanc si quis seruus lapidem importasset, continuo liber
 fiebat, etiam si peregrinus fuisset. Est & altera, cui nomen
 ἱερὸν δούλων, quod seruis dicata sit, in qua unum dicitur
 genū uiuere tradunt. Est trorsum in Creta, δούλων πελοῖς χι-
 λιαρῶν, id est, Mille uiris habitata, ut autor est Sofocra-
 tes in prima narratione rerum Creiticarum. Est itē alta iuxta
 Thraciam, τρωκῶν πόλις, id est, Improborū ciuitas. In hanc
 Philippus collegisse dicitur, uelut in sentinam, infames ac mo-
 ribus improbatos, ut scyphoſantas, falsos testes, p̄uenericatio
 res, & id genus alios ad numerum duam milia, ut autor est
 Theopompus, in rerum Philippicarū lib. xij. Teſtatur &
 Plutarchus in cōmentario de ciuitate. Est & in Aegypto
 regio quaedam δούλων πόλις appellata teste Olympiano.
 Plutarchus in collectione proserbiarum ostendit, dici solitū
 de rarīs inuentū, esse riq; ad hunc modum, οὐκ ἐστὶ δούλων
 πόλις, id est, Non est seruorum ciuitas. Non distimile quod
 Plinius narrat de gente Hesseſenōrū in Syria, ad quos fugiat
 usque quaq; nocētis. Que sola toto in orbe, sine ulla foemina
 uiuit, omni Venere abdicata, socia palmariū, in diē ex aequo,
 conuenari turba renascitur, longe frequētantibus, quos uita
 fessos ad mores eorum, fortune & iustis agitat.

Samiorum flores. XXIII

Σαμίων ἄνθη, id est, Samiorum flores. Vbi quis extremā
 uoluptatem decerpere. Hoc autem nomine dicebatur locus
 quidā, in quo mulieres cum uiris coniuuēt agimbant, omniq;
 genere uoluptatum affatim explebant sese. Quibus delicijs
 efforminati, postea subacti sunt a Persis, & in seruitutē acti.
 Stephanus admonet Samū insulam olim τρωδέμουσαν appe-
 latam fuisse, nimirum a floribus. Eandē τρωδέμουσαν fuisse no-
 catam, uidelicet a uirginibus. Refertur adagium in collectio-
 neis, que Plutarchi seruantur titulo. Meminit & Athenaeus
 lib. xij. ex Clearcho, demonstrans locū ita uocatū, ob uarias
 formas puellarū, que ueluti flores arides, ad libidinem inuie-
 tabant. Aptē quadrabit in ciuitatem, domum, deniq; hominē
 uoluptatibus perditē additum.

Summaria indicatura. XXIII

Ρεπτοκορ ὄνομα, id est, Summaria indicatura. De rebus
 uilibus, magno tamē emptis. Quē admodum sit nōnunquā in
 auctionibus, cum non expenditur sigillatim, uniuersūq; rei
 precium, sed multa simul cōgesta pariter aestimatur. Grecis
 enim ῥεπτοκορ uirgulta dicitur, & ῥεπτοκορ appellant siscia
 culum, seu sarcinā ē diuersis rebus colligatam, aut uarios coe-
 lores simul confusos. Fit autē septennumero, ut emptor parū
 attentus in hoc emptioſis genere circūueniatur. Adagium re-
 fertur a Diogeniano. Meminit & Suidas.

Regia uaccula.

XXV

Βασίλειον βοιδίου, id est, Regia buccula. De prodigiosa facunditate ferrebat, natū in miraculo rri gestē. Actante Ptolemei iunioris, uacca quaedam comae partu sex edidit uiculos. Autor Diogenianus. Simile illud iuuenilis: Scropha facundior alba.

Pura à nuptijs.

XXVI

Αγνή γάμος, id est, Rudiis nuptiarū. Per ironiā dicitur impudica, qđ circa nuptias, sui copiam faceret. Horat. Nuptiarum expertus est adhibe protero Cruda marito.

Rheginis timidior.

XXVII

Ρηγίνοιο Δελότορος, id est, Rheginis formidoliosior. Xenarchus apud Zenodotum Sophros, qui de mensibus scripsit, filius, in gratiam Dionysij tyranni, taxauit Rheginenses ut ignauos in rebus bellicis, animiq; pauidi, quaedam modum testantur Graecorum uadagiorum collectanea.

Inertium chorus.

XXVIII

Αργύντοιο χορός, id est, Feriatiorem chorus. De cœtu lasciuientium dicebatur. Octium enim ad omnem nequitiam impellit, precipue iuuentam. Confuse est illi quod aliis dictum est: Inertibus semper ferie.

Rapinæ rerum Cinnari.

XXIX

Αεπαγὰ τινώσας, id est, Directio bonorū Cinnari. De facultatibus, per uoluntū direptis. Veluti cum principes preter us in alienas fortunas iniuciant manus. Timæus scripserit reliquit, Cinnarū quæpiā fuisse, patria Selinusij, arte lenonem, qui hoc questu ad famnas opes peruenit. Is quoad uincbat, pollicebatur se facultates omnes Veneri cōsecraturū: cæterum moriēs, populo diripicidas exposuit. Huic non dissimile, quod ad alibi cōmemorauimus: Porfense bona:

Rhadamanthi iudicium.

XXX

Ραδάμανθίου κρισις, id est, Rhadamanthi iudicium. De incorrupte iudicantibus. Rhadamanthus enim manium innox, neque muneribus, neq; gratia desectiuit, quo minus feruere iudicet. Accommodari poterit ad mortis necessitatem, maximis pariter ac minimis ex quo communem. Iuxta illud Aeschylj apud Aristophanem in Ranis: Μόνος δὲ αὐτὸς γὰρ δίκαστος οὐ δ' ὄψεαι ἕξει. id est, Vna ē deis Mors nulla capiat munera. Item Horatius: Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas Regumq; turres. Item alibi: Non si treccnis quot quot eunt dies, Amice places illachrymabilem Flatona turis. Item Pindarus in Nemeis: Ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται κῆρ ἀείδω, πῶς δὲ δάοκτοιο ἢ δ' οὐκόντα. id est, Fluclius enim Orci communiter accidit, obruitq; tum opinatē, tum inopinam, hoc est ex iuuenem et senem, aut pariter ex nobilem et obscurum. Bisariam enim interpretantur δάοκτοιο ἢ δ' οὐκόντα. Item in Olympiacis: Βελίας εἰς ὀρθάλας ραδάμανθίου. id est, Rectis Rhadamanthi decretis.

Item alibi demonstrans unum Rhadamanthum, nec assentari cupiā, nec quicquid ad gratiā facere, οὐ δὲ ραδάμανθιος ἐστὶν ὁπότερα, ὅτι φρενῶν ἐλαχέ κωπῆρ ἀμώμωτοιο οὐ δ' ἐπατάτοιο θυμοιο τέτραται ἐν ὀρθῶν, id est, Fortunatum Rhadamanthum, qui fructum iudicij sortitus esse inculpatum, neque impositus intus in animo delectatur. V Horpat et Plato lib. de legibus xij.

Rhadamanthi iusturandam.

XXXI

Ραδάμανθίου ὄρκιοι, id est, Rhadamanthi iusturandam

dum, dicebatur quod uerisimū quidē esset, cæteri nullū deū discerret, Socrates per eam et anserem iurare cōsueuit, ne quē deorū citaret: sine quod non erederet siuos esse deos, sine quod nō arbitraretur esse boni uiri, deos sūorū negotiorum testes accerere. Hoc autē iusturandi genus, ad Rhadamanthum referebat. Notuit adagium Aristides rhetor in Pericle, cum ait, ὡσαύτ' ἄρ' εἰ λέγῃς τῶν ραδάμανθιοιο ἐδίζεο τοὺς ἀνθρώπους ἐπιτοκῆρ, ὅ τούτοιο πῶλιος ἕνεκεος ἢ δ' ἡκουσῶσας, ὡς π' ἢ π' αὐτῶσας τοῖς ἐκείσε δ' ἔμνομοίοιο δ' ἡκούσῶσας. id est, Perinde quasi dicat Rhadamanthum morales in cōsuetudinē adduxisse peierandi, q usq; adeo pietate, iustitiāq; preexcelleret, ut etiā uita desuntius, ijs, qui illuc appellū, iudex esse crederit. Pythagorici per quaternionē iurare solēt, quē τέτρατον appellāt. Οὐ μὰ τὸ μ' ἐμπερῆει ψυχῆ παρὰ ὄντα τέτρατον. id est, Non per eum a quo anime est datus ille quaternio nostræ. Exiulmā enim hūc uocant, usq; adeo ad anime perfectionē pertinere, ut eū in areanis uenerēt. Autor Macrobius primo cōmentario in somniū Scipionis. Pythagoras in carminibus aureis quaternionē sacrū anime fontē uocat. Greci per caput alterius iurare consueuerunt. Iuuenilis: Grecis nondum iurare paratis Per caput alterius. Vergilius: Per caput hoc iuro.

Litore loquacior:

XXXII

Ραχίας λαλέσας, id est, Litore loquacior. In rhabulam est obstreperum dicebatur. Nam rhabchia Græcis litus appellatur, presertim scopulis ac rupibus asperum, quod asiduis tundiur fluctibus, non sine fragore, unde et Græca uox ducta uidetur.

Præsentem fortunā boni consule.

XXXIII

τὸ παρὸν εἰ ποίησῃ, id est, Quod adest, boni consule. ἢ τὸ παρὸν εἰ τίθεισθαί. id est, Quod adest æquū boni q; facere oportet. Admonet adagium, ne os alienari ueri cupiditate maceremus, sed quæcūq; cōgigit fors, eā uelut optimam amplectamur. Magna enim felicitatis pars, ut sua cuiq; fortuna placeat. Plato in Gorgia: ὅς ἔοικερ ἀνάγκη μοι ἤ τὸν παλαιὸν λόγον, τὸ παρῆσται εἰ ποίησῃ, id est, Necesse est mihi, sicut uidetur, iuxta uetus adagium, quæcūquid est, boni consulerē. Cratinus in Pylæa: Ἀνδρας σοφὸς καὶ τὸ γὰρ παρὸν πρῆσται ὡς καλὸν εἰς δ' ὁπωπιμὸν εἰ τίθεισθαί, id est, Sapientium est uirorum, uti quod adest, boni, Tanquam bonum sit, consulant pro uiribus. Affine illi, quod alibi retulimus, ἀσάστῃν ἐλαχέ ταυ= τλω κόσμῳ, id est, Spariam est natus, cum dispone. Quod quidem carmen citat Stobæus ex Euripidis tragœdiā, cui titulus, τίθεισθαί, id quod obiter ammonendum diximus. Nam adagium uox dictum esse loco.

Qui omni in re & in omni tempore.

XXXIII

Aulus Gellius explicās nim̄ ἐπεκτελλῶν, ait hūc senarum antiquissimū prouerbij uice celebratū fuisse: Sed enim qui in omni re, atq; in omni tempore omni laude uacat, is illaudatus est, isq; omnium pessimus deterrimusq; est. Admonet parocmia ferē nennū esse, tam deploratū ingenij, qui nō aliquādo dicat faciātus quod laudē promeretur. Refertur iisdem ferē uerbis à Macrobio libro Saturnalium secundo. Ex quo mihi iustus sum deprehendisse manifestum errorem scriptoris in Gelliano libro per eruditum quæpiam admisi. Is enim non intelligens hos esse uersus: Sed enim qui in omni re atq; in omni

tempore & c. suspicatus est Græcum uersiculum ommissum à librarijs, in eius locū suppositū hoc carmen: ποδῶν καὶ κεφαλῶν ἄνευ μάλιστ' αἰσίοιο ἔτιτος. uerbum uersus de quo sentit Gellius sit Latinus quem mox subiicit: Sed enim qui in omni & c. Id liquet ex Macrobio, qui locum hūc ad uerbum potest suffioratus est in suos cōmentarios. Porro Græcus uersiculus nihil facit ad explicandā uiam huius uocis illaudatus, sed obiter admixtus est quasi probandū esset quod dixerat, neminem esse tam effūctis moribus, quo faciat dicatue nōnquā aliqd., quod laudari queat. Quin quidē loco uersus effūctis deprauatum est in effūctis: potest enim illaudatus esse, qui nō sit effūctis moribus, sed effūctios mores dixit perditos & corruptos. Sunt autem tres senarij sententiam absoluentes, nisi quod alicubi uidentur uitiatī à scribis.

Sed enim qui in omni re atque in omni tempore. Hic primus pulchre constat. Constat & alter si legatur: Omni uacat laude, is uir illaudatus est. Nam dictumculam uir etiam aurium sensus in hoc uersu uidentur requirere. Constat & tertius si legas: Isq; omnium est deterrimus; ac pessimus. Locus est apud Gellium libro secundo, capite sexto, si quis uolet conferre.

Qui ē nucē nucleum effe uult, frangit nucem. xxxv

Qui cōmodum appetit, ne fugiat laborem. Qui querit uoluptatem, prius experiatur Iudorem, sine quo non paratur uera uoluptas. Hanc sententiā Plautus figura sanē quam pro uerbali extulit. Qui ē nucē, inquit, nucleum esse uult, frangit nucem. Qui querit animi pabulum in arcanis literis, seruetur sub allegorie inuolucro conditum mysterium. Sic enim uisurpauit alicubi Diuus Hieronymus. Nix enim foris, tum dura est, tum amara, intus suauissimum cōdit cibū. Huc referentur illa Homericum signētum de Moly herba, quam ait radicem quidem habere nigram, sed florem lactei. Hanc ita describit Odyssæe libro decimo:

Ἔϊνα μὲν μέλαρ ἔσκει, γλακτὶ δὲ ἔικελορ ἄνευθ',
 μῶλυ δὲ μιν καλέουσι θεοί, χυλεσφορ δὲ τ' ὄψασθαι
 Ἀνθρώποι γε θνητοῖσι, θεοὶ δὲ τε πάντες ἄνωγοντες. id est: Atra quidem radix suberat, sed lacteolus flos, Moly uocant superi, mortalibus ardua res est. Eiuslisse uiris: celestes omnia possunt.

Accommodari potest cum ad omnem disciplinam, tum peculiariter ad grammaticam, que cum sit pueris amara, senibus incunda est. Quadrauerit & in uirtutis studium, cuius initium acerbum, progressus facilis, finis incundus.

Quis parentem laudauit, nisi infelices filij? xxxvi

Tis πατὲρ ἀνεκεί εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα; id est: Quis patrem laudet, nisi proles laudis inanis? Carmen uulgo iactatum de his qui maiorum uisum facinorosa iactant, nimirum nihil habentes, quod de seipsis uere prædicent, cuiusmodi Ponticum quempiam ridet Iuuenalis Satyra octaua:

Sed te censeri laude tuorum
 Pontice noluerim, sic ut nihil ipse futuræ
 Laudis egas. Miserum est alieque incumbere fame.
 Poterit in hanc quoque torqueri sententiam: Improbi filij, sic laudant parentem, dum illos ceu bonos desiderat populus, quod a hos longe deteriores ferre non possit. Id quod nonnunquam solet in principibus usu uenire, uidelicet, ut quem uiuere oderant, mortuam probent, ac requirant, filij comparati

tione bonum. Refert & explicat hoc adagium Plutarchus in uita Arati. Πρασιμαρ τινὰ πάλαιον ἢ πολλὴν ἡγεσθε, δίσσας μοι δ' ὄψεσθε τὸ δ' ἄνευθ' αἰσίοιο ἔτιτος. οὐκ ἔστι γὰρ ἔτιτος ἄνευθ' αἰσίοιο ἔτιτος. ἄνευθ' αἰσίοιο ἔτιτος. ἄνευθ' αἰσίοιο ἔτιτος. ἄνευθ' αἰσίοιο ἔτιτος.

Tis πατὲρ ἀνεκεί εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοὶ Διονυσίου. Id est: Quis patrem laudet, nisi proles inanis? Quis patrem laudat, nisi felices filij? Caterum Dionysodorus Trezenius redarguens illum, uerum prouerbiū demum exponit. Id habet ad hunc modum.

Quis patrem laudet, nisi proles indiga laudis? Atq; eos qui si sus ipsorum meritis esipientur, nullius sint precij, ceterum insinuantes sese maiorum suorum quibusdam uirtutibus, atque illorum laudibus sese immodice uenditantes, hoc prouerbio ad silentium adigi. Haslenus Fluterchus. Visurpauit in eundem sensum M. Tullius in epistolis ad Atticum.

Nam illi iam non sunt, at qui sunt mali. xxxvii

Οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔτι εἰσίοιοι, ἀ ὄντες κακοί, id est: Partim haud quidem iam sunt, at ij qui sunt mali. Dicit solitū, ubi quis requirit ea, que quondā quidē extiterūt, uerū temporū culpa perierūt. Veluti si quis inter principes, Codros, Camillos, Fabricios, Epaminondas, hac tempestate requirat: aut inter monachos, Paulū, Antoniū, Hieronymū, nō intempesitauerit hoc carne cōmies. Est autē Aristophanis in Ramis, in qua Bacchus inducitur descendens ad inferos, ut Euripidem, aut bonum aliquem poemā inueniret. Apud sapientios enim neminem reperiri nisi malum.

Quarendæ facultates, deinde uirtus. xxxviii

Δίσεως βιοτῶν, ἀετλῶν δὲ ἕταρ ἢ εἰς, id est: Quærendus uictus, uirtus autem, ubi uictus aduersit. Refertur à Diogeniano. Hoc prouerbiū Horatius sic effert in epistolis: O ciues ciues, quomoda pecunia primum, Virtus post numerus. Per ironiam autem dictum est. Neque enim hoc sentit Horatius, prius habendā esse rationem facultatum, quam morum. Sed irridet sententiā uulgo decantatā, quam his quoque temporibus pleriq; parentes liberis suis seruo inculant.

Qui apud inferos sunt terniones. xxxix

Τὰς εὐδῶν τριωνκίδας, id est: Qui sunt apud inferos terniones. Hoc adagio ridebatur ij, q res abditas & abstrusas, curiosa quadā diligentia uestigat. Non absurde torquetur in eū, qui nimis anxie, uel superstitiose magis arcanarū literarū mysteria rimatur, aut q Homericas fabulas omnicis, inanibus allegorijs interpretari conetur, aut Platoniorū & Pythagoriorū numeros explicare laboret. Aiunt terniones apud inferos honoratos esse, ut Hecate sacros, cui quidem ob id ipsum Trigla piscis sacrificatur, & simulacrum eiusdem, id tritius constitutum erat. Ad quod respiciens Vergilius: Ter geminamq; Hecaten, tria uirginis ora Diane.

Neque quantum lusciniæ dormiunt. XL
 οὐδ' ὅσον ἀνδρῶν ἐπιπύουσι, id est: Nec quantum
 lusciniæ dormiunt. In eos comenit, qui somni parcissimi sunt.
 Lusciniæ minimum dormire feruntur, vel propter Ityn extin-
 ctum, vel ob timiditatem. Equidem magis arbiter dictum,
 quod lusciniæ uernis mensibus, per omnem fr̄e noctem perpe-
 tuo cantu garrant.

Cuiusmodi portento me
 inuoluit fortuna. XLI

Οἷον μὲ ὁ δ' αἰμαρ τέρατι συγκραδίζεσθαι. id est:
 Cuiusmodi portento me implicat fortuna.
 Dici cōueniet, ubi negociū incidit, cū homine moroso, diffi-
 ciliq̄, cū quo non queas uiuere, nec à quo te possis extricare.
 Carmē sumptum ex tragœdia Philoxeni poëtae, apud quem
 Ὀδυσσεύς inclusus inantro Cyclopiis, hoc modo loquitur:
 Οἷον μὲ ὁ δ' αἰμαρ τέρατι συγκραδίζεσθαι.

Refertur à Zenodoto.

Fixis oculis intueri. XLII

Ἀπνεὺς ὄσθ' ἔσθ' ἰ, id est: Defixis oculis obtineri. Si transfera-
 tur, proterbialis erit figura, nēpe pro eo, quod est attentius
 accuratiusq̄, considerare. Fixius intueri, prescius inspicere.
 Sumptū est ab amātibz, qui stupētibz, nec usquam dimotis
 oculis inspicūt, id quo delectatur. Ad agnū recētur à Dioge-
 niano. Plutarchus in cōmentario de audido. Ἐπιπύουσι δ' ὁ
 ἀκούσας Ἐφορτικὸς ἢ πρὸς τῶν ἀπειρηθῶν, Ἐπε-
 νῆς, Ἐλεπόλυμον, id est: Grauis enim auditor ac mole-
 stus, qui ad singula stupet, et defixis est oculis, ut dicitur. M.
 Tullius pro Lucio Flacco: Vt totam causam quam maxime
 intentis, ut aiunt, oculis, acerrime contempserim.

Puluerem oculis offundere. XLIII

Puluerem ob oculis offundere dicitur, qui de industria rē
 obscurat, et aduersario iudicium eripit. Traditum uidetur
 à militia. Saepē fit enim ut hostis data opera puluerem cieat in
 hostem. Hac arte dux quidam Romanus Troglodytas quos-
 dam uicis, auctore Plutarcho, cuius rei mentionem fecimus in
 adagio de Cæcia nubes attrahente. Vtitur hoc prouerbio,
 prater alios Diuus Hieronymus in epistolis. M. Tullius
 gloriatur se in actione quadam iudicibus tenebras offudisse.
 Est apud Plantum in Milite, simile quiddam de glaucomate
 oculis oborto.

Pfecas aut ros. XLIIII

Ἐκαὶ ἢ δ' ἄσθ' ἔσθ' ἰ, id est. Pfecas aut ros. In crebris ex-
 punctione dictū batur. Pfecas enim aspersio illa, ac uelut irro-
 ratio uocatur, quoties minutissimis guttulis irrigatur, ut plu-
 uia rori simillima. Primitus aut per lulum dictū est in Antima-
 chum Lyricum poëtā, quod subinde expuens, eos quibus cū
 loquebatur, cōspiceret. Idē cognominis dictū fuit, et Olym-
 pico cuiādam, quem nōnulli putant tullisse legem, ne quē nomi-
 natione taxarent poëtae, atq̄ ita factum, ut multo quam prius
 patiens accederent ad certamen, et qui prodibant, lauda-
 rent, non carperent. Vnde eiusmodi delinimenta, Pfecas apa-
 pelletā uidentur. Vocatur enim Pfecades ancilla, quæ deli-
 catarum matronarum capillos medicato fisco conspergunt.
 Adagium refertur à Diogeniano. M. Tullius in epistolis ad
 Atticum, conspuitare dixit pro conuicijs leuitioribus asperge-
 re, nimirum ad hoc alludens adagium.

Hæstantia cantoris tuffis. XLV

Ἀποστῆ ἄλ' ἄσθ' ἔσθ' ἰ, id est: Hæstantia cantoris tuffis.
 Suidas ad agnū neoterici esse monet. Dictum uidetur, quoties
 nō suppetit quod dicamus, idq̄, uelut aliud agentes disimula-
 mus, uelut apud Platonem Aristophanes, ne diceret in conui-

uo, singulum fingit. Sumptum apparet à cantoribus, qui
 cum hærent in cantione, tuffim simulant, ut hæc uideatur in-
 terrupta cantilena, non inscitia. Confinē puto illi, quod aliās
 dictum est: Tuffis pro crepitu.

Extritum ingenium. XLVI

Παρεπὺν ἄλλ' ἄσθ' ἔσθ' ἰ, id est: Mentem habens
 euandam. Πρεπὺν ἄλλ' ἄσθ' ἔσθ' ἰ, id est: Mentem habens
 euandam. Quæ siquidem est metaphora à tibarum linguis,
 quæ postea quam exciderint, inutilis est tibia.

Panagea Diana. XLVII

Ἡ παναγαία ἀσπείμις, id est: Panagea Diana, diceba-
 tur olim, peregrinationem impēsus amans, errabundus, instabi-
 bilis, nulla certa sede consistens. Siquidem Diana uagari di-
 citur apud poëtas, et per nemora, montesq̄, oberrare. Quin
 domicilium etiam subinde mutat, nunc apud superos agens,
 nunc apud inferos. Ne specie quidem semper eadem, sed nūc
 pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla.

Pasillus Rufillus olet, Gor-

gonius hircum. XLVIII

Parœmia speciem præ se gerit illud Horatianum in Ser-
 uonibus:

Pasillus Rufillus olet, Gorgonius hircum.
 Dicendum uel in duos aliquos diuersis laborātes uitijis, uel in
 eundem illi dissimulā, nempe modo loquaciore quam sit fit,
 modo impediō taciturnū, interdū puerilitate inuē, interdum
 Catone seueriore, nōnūquam profusum, nōnūquam fordidū.
 Siquidē ut uitio dandū, si quis hircū oleat, ita adæque uitupe
 randū, si quis oleat uargentia. Nam pasilli, pilule sunt unguē
 tariae. Alterum spurct est, alterum molles.

Claudus optime uirum agit. XLIX

Ἀρεῖα χαλὸς ὀφεί, id est: Optime claudus uirū agit.
 Dicit solitum, ubi qui piā suā forte, uel parū egregiā, antepo-
 nit aliene tamen si præstantiori. Ab Amazonū supsthegma
 te natū aiunt. Tradunt morē Amazonionum fuisse quondā, ut
 pueros masculos detortā tibia, coxāue claudos efficerēt. Por-
 rō cū bellum esset illis aduersus Scythas, atq̄ illi eas conarē-
 tur illicere, ut ad sese deficerēt, dicentes uisus esse, ut posthæc
 nō cū claudis ac matulis, sed cū integris uirīs vē haberēt.
 Antimira Amazonum dux, respondit ad hunc modum, ὄρεῖα
 χαλὸς ὀφεί. Vt sapuit Athenæus lib. xiiij. ἄνωος γ' ἔ
 χαλὸς ὀφεί, id est: Vere enim claudus optime uirū agit.
 Animaduertsum est etiam illud nostris temporibus plerumq̄,
 qui tibijs sunt matulis, aut alio quo piā membro trunci, eos ad
 usum Veneris reliquis magis idoneos esse, nimirum paria fa-
 ciente natura. De claudis quare sit saluator ceteris, causam
 reddit Aristoteles in problematibus, quod in hoc parum ali-
 menti deorsum delabatur, ob curam uitium, plus autem su-
 periora petat, et in semen uertatur.

Ogygia mala. L

Ὀγγυγία κακὰ, id est: Ogygia mala. Recte dicitur,
 uel ingentia, uel antiqua. Nam uirū; Grece significat Ogy-
 gium. Alij malum ad Ogygum primum Thebæane ciuitatis
 principem referre. Huius filius Cadmus, ob filias suas in ne-
 bias calamitates incidit. Huiusmodi sermō Suidas, nisi quod
 magis probat, ut Ogygia mala uetustā dicatur. Quō respici-
 eunt qui Ogygia mala, pro atrocissimis interdum prestantur. Cæ-
 terum qui Ogygia uetera dicunt, illud sequuntur, quod olim
 Bœotiorum, ac Thebæanorum, Ogygia dicta sit. Quō uirum
 et omnis Attica olim hoc habuit nomen, sicuti testatur Ste-
 phanus. Est et insula peruestita dicta Ogygia, in quam
 Ὀδυσσεύς naufragus emeruisse fingitur ab Homero.

uox iam obsoleta uelut in locum prouerbialem abiit. Nec in figura sita est huius prouerbij ratio, sed in nonitate uocis, ut in operis huius initio monuimus. Consimili ratione, nec sine prouerbij specie, Graeci priscos ac peruetustos, ὠγενιδος ἔρ ὠγενιδος appellant, à prisco quopiã deo, ἔρ multis iam seculis obsoleto. Huiusmodi propemodum de Ogygijs Suidas ἔρ Stephanus.

Omnia chnaumata. LI

Πάντα χναύματα, id est: Omnia chnaumata, dicebãt olim, quoties omne negotiũ significabãt, χναύματα enim Graeci placetrum, atque id genus ciborum fragmina uocant. Latini quoque reliquijs belli, ἔρ reliquijs Danaum dicunt simili figura. Refertur adagium à Zenodoto.

Sic est ad pugna partes peracta ueniendum. LII

Plato in Gorgia, πολλῆς καὶ μάχης φασὶ χναύμα ἔστι σωησάτης οὐτῶ μεταλαγχάνει, id est: Ad belli, pugnaeque munia Socrates sic auit accedere oportere. locus erit prouerbialis, ubi quis negotio peracto, tum demũ adueniret. Quemadmodum ignaui milites solent, qui cõsũtu peracto, sublatõs metu, tum deniq; solent adesse, uel ad colligendam praedã, uel ad epinicia, id est, epulũ uictoriale celebrandum. Nam uerbũ illud μεταλαγχάνει, tarditatem significat, ac serã numeris functionem. Socrates autem respondens paræmiã, explicat simili paræmiã. ἄρα δὲ λεγομῶνον κατὰ τὸ πῦρ ἐροῦντες ἡκούμεν ἢ ἕσπερ ἄλλῃ; id est: Num post festum quod auit, uenimus, seroq; adiuuus? Sumptum uideatur à Rheso Thracum duce, quem apud Euripidem obiurgat Hector, quod serius ad belli societatem uenisset, nimirum decimo demum anno:

Σὺ μῦθος μὴν οὐ ξὲν ἔρ δὲ πρὸς ἑσπέρῃα. id est: Socius haud quidem aduenis, sed hospes ad mensam.

Idq; respondet, Ἄλλ' ἕσπερον μὲν ἔλασον, ὦν κενὸς δ' ὄμιλος. Σὺ μὲν γὰρ ἴδῃ δ' ἔκατον ἀρχμαχίας ἔρ ἔρ; Κούρην πῆραίνετε. id est:

Sero quidem, aũt in tempore aduentio tamen. Nam tu quidẽ iam prelians decemum. Nihil explicas. Allusti huc ni fallor Diogenes. Qui enim quidã inscripssisset aedibus suis hunc titulum: Iouis filius Callimicus Hercules hic habitã, ne quid ingrediatur mali. Diogenes adiecit aliã inscriptionẽ, μετὰ τὸ ὄλεμον ἢ συμμαχία, id est, post bellũ auxilium. Significans sero uocari Herculem depulsorẽ malorum, quem iam malus hospes immigrasset in eas ades.

Obsequium amicos, ueritas odium parit. LIII

Obsequium amicos, ueritas odiũ parit. Senarius est prouerbialis apud Terentium in Andria, non admonens, quid oporteat fieri, sed ostendens quid uulgo fiat. Vulgaris enim auctiuitã constat obsequijs. Nam inuicem conuiuere ad familiarium uita, haec res ἔρ ingit inuicis ἔρ seruat amicos. At inter ueros amicos, nihil est ueritate iucundius, modo absit asperitas agrestis ἔρ inconcinna, grauisq;. Porro qui uulgo plurimus sũdet amicus esse, moribus alienis obsecundet, caueatq; uicem Persũ. Auricular teneras mordac radere uero. Non probari uero sententiam hanc poẽta, satis indicat, cum ait: Nanque hoc tempore, id est, his corruptis moribus. Eandem sententiam in Adelphis idem aliter extulit. Vt homo est, inguens, iam morem geras. Donatus admonet prouerbialiter dictũ. M. Tullius in sermone de amicitia: Sed nescio quomodo uerum est, quod in Andria familiaris meus Terentius

dixit: Obsequium amicos, ueritas odium parit. Molestã ueritas est, siquidẽ ex ea nascitur odium, quod est uerentiã amicitie. Sed obsequiũ multo molestius, quod peccatis indulget, precipitem amicum ferri sinit. Maxima autẽ culpa in eo est, qui ἔρ ueritate aspernatur, ἔρ in fraudẽ obsequio impellit. Pindarus i Nemeis hymno quinto, οὔτε ἄσπασα κερδῶν φάνεσσα ἡγοσώτορι ἐλάδῃ ἀφελος, ἢ δὲ σὺ γὰρ ποδῶδες κίε δὲ βὶ σοφώτατον ἀνδρῶτων νοῦσον. Sentit simplicẽ ueritatẽ nõ semper uel est profrendã, quod dãnoã sit, sed sapientis esse, nonnunquam celare suam sententiam, in tempore prolaturus, quum fructus spes ostenditur.

Obuijs uinis. LIIII

Obuijs uinis, est apud Quintilianũ, pro eo, quod est aude, sitienterq;. Translatũ ab ijs qui porrectis uinis properãt in complexum eorum, quorum magno desiderio tenebantur, quosq; cupidissime cõspiciunt. Legimus ἔρ obuijs manibus, Diuus Hieronymus ad Pammachiũ, cõdiscipulum quondã, ἔρ sodalem, ἔρ amicum, obuijs, ut aiunt, manibus excipio. Basilius i praefatione dialogi, ἀμφοτέρωτε χερσίν, id est: Ambabus manibus, eodem sensu scripsit. Haec si ad rem animi detorqueatur, figuram prouerbialẽ habebunt. Vt, ego tuas literas obuijs uinis excipiam.

Obliuionis campus. LV

Ἀλκῆος πεδῖον, id est: Lethes campus. Dicitur uel de uehementer obliuiosis, uel de rebus cõmenticijs ac friuolis, quae nusquã sint. Aristophanes, τίς εἶς ὁ λυθῆος πεδῖον; id est: Quis in Lethes campus? Vulgus enim uenas esse credit, quae de inferis tradunt poẽtae. Et, ut Iuuenalis inquit: Nigras in gurgite uenas, Nec pueri credunt.

Omnia sapientibus facilia. LVI

Ἀπαντα τοῖς σοφοῖσι εὐκόλα, id est: Facilia cuncta sunt uiris sapientibus. Nihil est tam arduum, quod prudenti consilio non facile conficiatur. Aut nihil tam acerbum, quod sapiens non equo animo, facileq; ferat, ratione cuncta leniente. Refertur à Zenodoto.

Omnia ebriata obesse. LVII

Ἀπαντα γὰρ τοῖς βρωτὰ πολιοκεμῶσι, id est: Cunctis ab hoste uesca sunt ἔρ quelibet. Senarius prouerbialis, cum uiget necessitas, nihil non facimus. Et uehementer famelicis, nullus non suauis est cibus. Natum ab uibium obfidionibus, in quibus nonnumquam ἔρ canes ἔρ feles, herbarum radices, nonnumquam humana excrementa, inopia cibi deuorantur.

Omnia similia. LVIII

Ἀπαντ' ὅμοια ἢ ἡδ' ὄμοια ἢ καὶ. id est: Similia cuncta, Rhodopis ipsa etiam decens. Eadem est conditio mortalium: formosi pariter, ac deformes senescunt, ac moriuntur. Rhodopis nomen est puella cuiuspiã forme celebris. Refertur à Suida prouerbij loco.

Totus Echinus asper. LIX

Ἄπας ἐχίνῳ τρυχῦς, id est: Totus Echinus asper. In morosos ἔρ iniucandis moribus quadrat. Echinus piscis, ἔρ item Erinacius undique spinis obseptus est, ut nusquam impune possis attingere. Est ἔρ hominum huiusmodi genus, cum quibus nulla ratione possis agere, citra litem. Aristophanes in Pace.

Οὐδ' ἐσπὸς ἔρ βίαιε λαθὼν τὴν τρυχῦν ἐχίνου. id est: Ex scabro in leuem nunquam uertetur Echinus.

Omnia bonos uiros decent. LX

Ἀπαντα τοῖς καλοῖσι καὶ ἀγαθοῖσι πρέπει id est: Bonos probosq; cuncta perdecet uiros.

Habet hoc improbitas, ut si quis illaudatus, recte faciat, dicatur: tamen nescio quo pacto non adfit decorum illud. Contra namque virtutem decus quoddam comitatur, ut quicquid vir bonus agat, id decorum esse videatur. Tamen si potest et hic accipi sensus, cuncta formos viros decet, quod forma gratia commendat et dicentem et canentem, et quidvis agentem. Id erit venustus, si huc deflectas, ut dicas in bonam partem accipi, laudariq; quicquid dixerint, fecerintq; gratiosi apud principes: adeo ut quod hinc capitale sit futurum, illi laudem etiam pariat. Revertatur ad Diogeniano.

Omitte uatem. LXI

Πάρεθ τὸν μάντιν, id est: Omitte uatem. Vt conuenit, quoties alicui parcendum admonebimus, quod is eximius sit, et immunis habendus a uulgari sorte. Vt uti si quis poetae, theologo, sacerdoti diceret, oportere parci. Antiquitus mos erat, ut augur coronatus ante aciem incederet: neq; fas erat, hunc telis impetere, utpote uirum sacrum. Poterit adagium etiam per ironiam usui pari.

Oderint dum metuant. LXII

Oderint dum metuant. Tyrannica uox, sumpta ex tragœdia, et à nemine scriptorum nõ usurpata: præcipue M. Tullio familiaris. Quam etiam in uulgi sermonem processisse, factis indicat Seneca libro de Clementia secundo, scribens multas uoces, magnas, sed detestabiles, in uisum humanam peruenisse, celebresq; uulgo fieri, ut illam: Oderint, dum metuant. Cui Græcus, inquit, uersiculus similis est, qui mortuo terram misceri ignibus iubet. Licetubi adagium etiam per iocum usurpare: ueluti si quis eruditione superior de clancularijs hostibus, qui tamen ob metum hiscere non audeant, dicat: Oderint, dum metuant. Conueniet et in diuites, qui dicunt illud Horatii:

Populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi, simulac nummos contemplor in arca.
Item illud Iuuenalis:

Tunicam mihi malo lupini,
Quam sit me toto laudei uicinia pago.
Odit cane peius & angue. LXIII

Prouerbialis figura dictum est et illud ab Horatio:
Alter Miletæ textam cane peius et angue,
Vitibus chlamydem.
Sentit autem, ut opinor, de cane rabiente. Quod si longius etiam traducatur, magis erit prouerbiale: Vt hic totus lucris additus est, literas, quas amari aliquando, nunc, quod aiunt, uinat cane peius et angue. Vel: Hic se totum adulatoribus permittit, amicos, à quibus uerum audit, uinat cane peius et angue. Idem Horatius in Odis: Cir oliuam sanguine uiperino
Cautius uinat. Plautus item in Mercatore:
Nempere uxor est tua, quam dudum dixerat
Te odisse æque atque angues.

Stultior Corœbo: LXIII

Ἡλιώτερος Κοροίβου, id est: Stultior Corœbo. Prouerbialis hyperbole in stupidos et uecordes. Corœbi stultitia uulgi fabula celebrata est, qui maris undas numerare fit conatus, cum non potuerit ultra quinque prosequi supputationem. Memini huius Eustathius in decimum Odyssæ, et Lucianus in Amoribus. Quamquam apud alios Κοροίβου lego per γ. Adduntq; quidam Corybum hunc Mygdonis Phrygijs fuisse filium, temporibus belli Troiani. Memini et Vergilius Corœbi cuiusdam:
Iuueniq; Corœbus

Venerat insano Cassandreæ captus amore,
Et gener auxilium Priamo Phrygijsq; ferbat.
Quo quidè in loco Seruius indicat sumptum ex Euphorione: Hunc, inquit, Corœbum Iulium inducit Euphorion, quem et Vergilius sequitur, dans citi:
Dolus an uirtus, quis in hoste requirit?
Quam sit uisissima dolo quæ sita uictoria.

Stupa feniculus. LXV

Στυπῶνον γαρύριον, id est: Stupa feniculus. De uiribus effecto sene. Similimum illi, quod alio diximus loco: Homo bulla. Sumptum à ligno, quod iam exaruit, exuccumq; reddiditum est, et marcidum, in stipule morem.

Phormionis thori. LXVI

Στυβώδες φορμίωνος, id est: Thori Phormionis. De fratis sordidis, ac frugalibus, minimiq; delicatis: qualia sunt cubilia milixia, et quale sibi apud Homerum parat Ulysses, ex arborum congestis frondibus, ac ramis humi substratis. Revertur à Suida. Phormio dux quæstiam militiæ fuit, in perferendis militiæ incommodis nota, sicuti conijcio patientiæ. Poterit et longius deflecti ad quamuis tractationem diuisculam. Exiat in Pace Aristophanis:

Εἰ γὰρ μοι γήσοιτ' ἰδῆν ταντὺν ἡμέραν ποτὲ.
Πολλὰ γὰρ κινεῖσθαι
Περάματα τε καὶ σιβάδας, ἀεὶ ἔλαχε φορμίων. id est:
Vtinam mihi cõtingat uidere huc diem. Multas enim sustinuitum molestias, tum culcitras quas sortitus est Phormio.

Stultitia est Iouem putare esse. LXVII

Τῆς μωρίας τὸν δῖα νομίζουσαν Πλακιστονί, id est: Insuetia est, nauis tot annos credere, esse uillu Iouẽ. In eum accõmodari pot, qui grandis natu dicit, aut sentit absurdum quippiam, cum propter etate nihil oporteat iam ignorare. Non conuenit enim in natu grandes puerilis superstitione. Recẽ senu à Suida. Carmen est Aristophanis in Nubibus:
Ἰδ' ὃν ἰδ' οὐ δῖον ὄντων, φῶι μωρίας
τὸν δῖα νομίζουσαν Πλακιστονί. id est:
Ecce ecce, olympium Iouem, dementia est
Natum tot annos credere esse uillum Iouem.

Tuum tibi narro somnium. LXVIII

τὸ σὸν ὄνειρ σοι δῖνγοςμα, id est: Tuum somnium tibi narro, id est: Narro tibi quod ipse me rectius nosti. Apud Suidã hæc refrutur, ex autore quopian, Εἰ γὰρ ἐγὼ σοι νῦν ἀντὶν γνωρίζω, πεπονησὰ φῶι πρόμιαιας, τὸ σὸν ὄνειρ σοι δῖνγοςμα. id est: Quod sit te tibi ipsi notum reddere coner, tu mihi acciderit id, qd' prouerbio dicitur, ut tuu tibi somnium narret. Plato lib. de Rep. octauo: τὸ δῖμον ὄνειρ ἐμοὶ λέγεις ὄνειρ. id est: Mei quidẽ, inquit, mihi naras somnium. Traductu uidetur ab his, qui ὄνειροπόλους, id est: somnioru interpretes cõsultu. A quibus nonnulli hoc quoq; requirunt, ut quid somniant, cõijciat: quasi parũ sit, si interpretetur. Ad eum modũ agroti quidã imprudẽtes a medicis expectant, ut uiso diuaxat lotio, diuinet et; sexum, et etate, et omnẽ morbi naturã, ubi et unde acciderit, quid sentiant: ac propemodum etiam quid in febrì somniantur.

Sponsi uita. LXIX

Νυμφίον εἶναι, id est: Sponsi uita, pro molliã delicata. Confine illi, qd' alibi relatu est: Musica uita. Suidas (narrat hunc adducti, qui exiat apud Aristophanem in Aulibus.
τῆς μεν μὲν ὄνειρ γὰρ ἴτε νυμφίον εἶναι. id est:
Sponsi quidem profecto uita uiniis.
Propterea quod proci frondibus et fertis coronari solent, et delicatius, nitidiusq; coli: uel quod molles uideantur, muptis

nuptijs inbiantes. Nisi malumus ad Homericos illos Penelops per sponfos referre: quibus nihil cordi erat præter coniunia, citaram, choream, talos, discum, parafitos, atque id genus alia uoluptates.

Et fama fuit & eras. LXX

Η μου κλέψθη ἡδὲ καὶ ἰδοῦα. id est: Et dicebaris erasq̃.

Hemulichion proverbiale, quoties facta respondent opinio= ni. Suidas meminit ē poeta quopiam. Est enim fragmentum carminis heroici.

Innocens alium aspiciam, meum habentem malum. LXXI

Εξάντης λείψω τοῦ μὲν καὶ ἄλλοι ἔχοντα. id est: Indemnis spectabo alium mala nostra fremtem.

Hoc est, ex aliorum malis ipse rebus meis cōsulam. Ἐξάντης autem dixit, quasi ἔξω ἐστὶ ἀπὸ τῆς. id est: extra noxam situs, et illasus. Simillimum illi Plautino:

Felicitur sapit, qui alieno periculo sapit.

Simul & dictum & factum. LXXII

Ἄμ' ἔω θ' αὖ ἔργου. id est: Simul dictum, simul et factum. Vbi quis citra morā id re prestat, quod uerbis pollicetur. Latini cum dicto dicūt, pro eo quod est, statim postea quā dixērūt. Et Vergilius:

Et dicto citius tumida equora placat.

Sumptum apparet ex Homero, apud quem est hoc carmen.

Αὐτῷ ἔπειθ' ἔμα μῦθος ἔλυ, τετέλεστο δὲ ἔργου. id est: Mox simul ac dictum est uerbum, res ipsa peracta est.

Obijcere canibus agnos. LXXIII

Προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄγνας. id est: Obijcere canibus oues, dicebatur, qui imbellē et litium imperitum, calūnia toribus et exercitiis exponeret, quod id animal omnium maxime sit imbellē. Refertur à Diogeniano,

Nullius indigens deus. LXXIII

Αὐτοῦ κτὶς ὁ θεός. id est. Nullius egens deus. Admonet parcemā, nullū esse moralitū id absolutū, in quo nō aliquid desideretur, unū esse deū, undequeq; pfectū. Dicit pot̃ et in diuites, aut plorinis prediis naturæ pariter ac fortunæ commoditatibus, itaquā dei cuiuspiā similes: ut gbus oīa suppetāt, quæcūq; iudentur ad pfectā felicitatem pertinere.

Nucleum amisit, reliquit pignori putamina. LXXV

Plautus in captiui duo: Nucleum amisit, reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis, ubi rescuiisset sibi impostum esse, et herum amissum pro seruo, seruum pro domino retentum. Is enim ex quo fructus expectabatur, aufergerat, eo relicto, ex quo nihil emolumentū poterat capi. Allegoria per se liquet.

Nudo mandas excubias. LXXVI

Γυμνὸς φιλακίῳ ἐπιτάττει. id est: Nudo custodiā mandas, quoties negotij quippiam mādatur ei, cui deest præstandi facultas, obediensq; provincie propter inopiam neutiquā idoneus est. Neq; enim nudus cōmode potest excubias agere, propter rigorē nocturni frigoris: neq; ad pugnam est idoneus inermis. Refertur à Zenodoto. Quo longius descectur, hoc erit prouerbialius. Imigitur ut aliquid in hūc pōem scribā: uerū iuxta uetus prouerbū: γυμνὸς πλὴν φιλακίῳ ἐπιτάττει. Neq; enim est, quo meū interim octū alā. Hesychius nōmibū disidat ab his, quæ à Suida Zenodotō traduntur: licet is locus apud hunc deprauatus habeatur in editione Aldina. Ceterū conijcio sensum hūc esse, prouerbū dici solere, ubi quid mādatur his, quibus nihil opus est, Pro-

pterea quod uel inuisi cogāturi id facere, ni fallor, ob id quod nudis nihil est, quod egeat asseruatore.

Nunc contingat seruari. LXXVII

Νῦν ἤρῳτο σωθῆναι. id est: Nunc contingat seruari. Cum significamus nos satis cautius in posterū, si modo liceat præsens periculū effugere. Hoc modo Datus in Andria. Posthac incolumen sat scio fore me, nunc si deūto hoc malum. Natum autem ex apologo quopiam: Aquila testudinē unguibus rapuerat: eam parabat ē sublimi dejicere, quo testurū carnibus uesci posset. In hoc itaque discrimine testudō optabat, ut in præsens incolumen esse posset, de reliquo sibi curæ futurum, ne quando in simile periculum incideret: Nῦν ἤρῳτο σωθῆναι, τῷ δὲ λοιπῷ αὐτῆς μελιόνα id est: Nunc liceat incolumen esse, de reliquo mihi ipsi curæ fuerit.

Quidam apologum narrat ad hunc modū: Testudinē quondam incespisse uolandi de siderium, aquilam crasse, ut se deceret: Cumq; illa negasset fieri posse, quod natura refragaretur, illa nihilominus instabat. Itaque paruit aquila, ac testudinē in sublime uelam, demisit ut uolatum experiretur. Ea cum timeret infelicem euentum, optauit ut id temporis contingeret incolumen esse, νῦν σωθῆναι. Ita Diogenianus, Suidas hoc modo refert: Νῦν σωθῆναι, ἢ μοι δ' ἰσχυρὰ τῷ τῷ ῥῶνι λοιπῷ id est: Vtinam nunc incolumis euadam, ut hoc mihi documentum sit in reliquam tempus. Plinius facit tertium quoddam aquile genus, quam alij Mærophon, nonnulli Plancū et Anatarium, Homerus Parcon uocauit: lingua caret eoq; munda, sed dentibus armata, nigerrima, prominente cauda. Huic ingenium est testudines raptas frangere, ē sublimi iaciēdo. Atque hac sorte ait Aeschylus poetam interissey, cum prædictum esset, eum uinā periturum: isq; quo caueret, eum diem sub dio persuerasset. Nam aquila decepta splendore capitis calidius ut fractæ carnis bus uesceretur. Auctor Valerius Maximus, lib. 9. cap. 12.

Nunc bene nauigauī, cum naufragium feci. LXXVIII

Νῦν εὖ πηλοῦσθα ὅτε νηυσὶν ἀγῶνα. id est: Nunc bene nauigauī, postea quā naufragium feci. Quoties id quod uideatur incōmodum, fortuna præter spem uertit in bonū. Zee non Citiensis, quā relictiū prioribus præceptoribus, Crætes auditor esse cepit, naufragio cicētius dixisse legitur: εὖ γε ποιεῖς ἢ τύχη πηλοῦσθα νησὶ ἡμεῶς φιλοσοφίῃ. id est: Bene facit fortuna, cum nos ad philosophian admouet. Auctor Suidas. Plutarchus in libello de utilitate capiēda ex inimico meminit huius prouerbij.

Nunc in regionem ueni. LXXIX

Νῦν εἰς χώραν ἤλθοι. id est: Nunc in regionem ueni. Ab ijs dictarij solitum, qui tandem sua sponte illuc quō oportuit, perueniunt, cum diu non quierunt. Fit enim plerumq; ut res diu quesita non occurrat, tandem uelut ultro ueniat in mentes. Quidam sic efferunt: Νῦν εἰς χώραν ἤλθοι. id est: Nunc in regionē uenisti, ubi quis cōuenit, quō se uenturum negarat.

Nunc illa aduenit Datidis cantilena. LXXX

Νῦν τῷτ' ἐκέρη ἡκε πὸ δ' αὐτῶν μέλαρ. id est: Nunc id quod aiunt, Datidis adest cantio.

Dicebatur ubi quā dicitur ac festinus accidisset. Datidis quippiam erat Persarū satrapes excellens in rei bellicæ gloriā. Is Græce loq̃ conatus, cōsueuit dicere: ἰδὸμα, ἢ εὐφραίνωμαι, ἢ χαίρομαι. id est: Delector, gaudeo, letor. Ea cum sepius

Septimæ ac male Græce pronunciaret, res in uulgi iocum abiit, Autor Suidas. Exstat autem apud Aristophanem in Pace: *Νῶν τὸτ' ἐκείν' ἠκούσ' ἰδὲ τὸ δ' ἐλάτ' ὀ μάλ' ὀ* *ἔρημον ποτ' ἦν (ἦ) μασκῆθῆς, ὄς ἰδ' ὀμου καὶ τ' ἔρωμα καὶ χῶρομα,* id est, Adest, ut aiunt, cantilena Datidis, Quod mastropans is occinit in meridie, Ut letor, nisi delector, utq; gaudeo, Interpretes addit dactylumq; pari pro barbarismo, eo quod *χῶρομα* dixerit pro *χῶρο*.

Non enim spine. LXXXI

ὄν *ἔσπονδον*, id est: Non enim spine. De conditio- ne dicebatur in melius commutata. Sumpta Metaphoræ a nonalibus, quæ reparatis spinis frugiferæ incipiunt esse. Recte quadrabit de negotio prius frugifero ac molesto, unde poste- ra capere enolumentum. Quadam inde natura existimant, quod antiquitus ante reperiunt agricolationem, agri spinis infrugiferis occupabantur, mortalesq; duram quandam & agrestem agebant uitam. Deinde offensa ratione colendi ter- ram, minor uictus successit. Atq; hinc dici coepit: Nō enim spine. Concordat cum hoc interpretamento, quod alio dixi- mus loco, de puero gestante spinas frondes, & panes in mu- ptijs, ac dicente: *ἔσπον μασκῆς, ἔσπον ἔσπον*, id est: Effra- gi malum, nactus sum melius. Legitur & illud: *ἔσπον ἔσπον*, id est: Vix spinosa, pro incommoda & infrugifera.

Non statuar leena in machera. LXXXII

ὄν *ἔσπονμα λέαινα ἠδὲ τρυκῆς*, id est: Non statuar leena in machera. Pro uerbium metrecitium, cum ne- gat sortium sui copiam facturum sese. Nam in capulis milita- riam gladiorū elephantes ac leones imponi solent. At hi pro- cumbentes infalpuntur, siue ne ledant manum uentes gla- dio, siue ne defringantur facile, si in pedes erecti fingerentur. T yrocesthis uox militaris uidetur esse significans. Potest adagium & ad uerecundiores usum detorqueri, ut si quis ne- gans se per omnia morem gesturū, inferuitur utq; pro libidine dicat: ὄν *ἔσπονμα λέαινα ἠδὲ τρυκῆς*, id est: Adagium recenset Suidas. Exstat autē apud Aristophanē in Lysistrata.

Ne contra bouem opta. LXXXIII

μη *ἔσπον* ἔσπον, id est: Ne contra bouem opta. Admo- net adagium, non esse uitam insititendam iuxta uotam animi, neq; quāuis sperandam à superis, sed ut ea duntaxat sibi quisque promittat, quæ possit industria consequi. Refertur in collectaneis Diogeniani. Vnde sumpta metaphora parum liquet, nisi quod apparet, ductam ab agricola, qui negligens adhibere bouis operam in colendis agris: optat, ut citra suum laborem proueniat feges.

Non nostrum onus, bos clitellas? LXXXIIII

Quintilianus in situatione oratoriarum libro quinto, paronæ, quam ait esse eum breuē apologū, hoc adfert exem- plum: Non nostrum onus, bos clitellas? Satis constat ex apo- logo sumptum: uerum quis sit is apologus, equidem nondum reperi. M. Tullius epistolarum ad Atticum libro quinto, in epistola cuius initium est: Laodiceam ueni pridie Caledas sex- tiles: uidetur ad hoc adagium alludere, & nobis uelut anam coniectandi prebere. Inde, inquit, ire ad Taurum cogita- bam, ut eam Mophragone collatis signis, si possem de ser- uo tuo decidere. Clitelle boui sunt imposte. Illa ne? Non est nostrum onus, sed frenus: modo, si me amas, sit amus. At si tu ad tempus, ut senatum totum excites. Mirifice sollici- tus sum, quod iam du ignota sunt mihi omnia. Ut in eadem

epistola paulo superius. Sed est incredibile quā me negocijs tedeat, ne non habeat satis magnum campum, ille tibi non ignotus carus animi & industrie mee, preclara opera ces- set. Quippe tus Laodiceæ me dicere, cum Rome A. Plotius dicat: Et cum exercitum nostrer amicus habeat tantum, me nomen habere duarum legionum exilium? Deniq; hec nō de- sidero. Lucem, sorum, orbem, domum, uos desidero. Sed fe- ram, ut potero, sit modo anuum. Si prorogauerit, actum est. Hactenus Tullius. Quibus quidem ex uerbis, quatuor sub- obscuris, & haud scio, an etiam mendosis odorari licet: non nostrum onus, bos clitellas, pro uerbium fuisse recasantis mu- nus aliquid ueluti parum accommodatum sibi. Negue enim bouem sēt, clitellas tergo impostis onera gestare, sed potius asinorum ac mutorum. Neq; dubitantum est, quin Fabius ex hoc Ciceronis loco, exemplum illud sit mutatum. Raphael Regius, qui Fabium additis scholijs conatus est emendare, scripturam mutat ad hunc modum: Nos nostrum onus, uos clitellas, interpretans hunc esse sensum, neutram partē absq; onere discessuram. Mihi si phas est quicquam immutare, sic potius legēdum uidetur: Non nostrum onus, bos clitellas? Ut sit uelut rem absurdam, sētq; indignam obomināti: si quis bo- ui clitellas uelut imponere. Neq; discrepat hoc cum sententia uerborum Tullianorum, quæ modo retulimus. Ait enim eam prouinciam nō satis uel aptam, uel dignam ingenio suo, Letta- ram tamen uicinijs, modo ne sit longior annua. Proinde pro- uerbium duplici forma poterit esse ferri. Boui clitelle imposte sunt. Vbi mandatam est negotium parum apto. Et bos clitel- las: ut subaudiatur, ferat. Vbi quis deprecatur prouinciam, cui parum sit idoneus, aut quam sibi dicat indecoram. Illud obit- ter admonitum lectorē uelim, ne protinus radat, aut dispu- tat, si quid in his citatus est autoribus, uiderit ad quo- rundam emendationem non respondere. Non quod profitea- mur à mendis reparatis, quicquid huc adducimus: sed quod labantur hi quoq; qui libros emendat: uelut hoc loco quam modo retulimus ex epistolis, in editione Aldina, quod uoces sunt immutate, nescio quis opera, ne dicam culpa. Nam Ale- do non libet imputare, tum quia doctus est, tum quia amicus. Primum enim quis non uidet reuē esse, opera cesset, quam opera cessent? Deinde quod sequitur, cui non perspicuum sit, esse uitatum, tum distinctione, tum uoce exilium mutata in exi- lum? Sic enim legit: Et cum exercitum nostrer amicus habeat, tantum me nomen habere duarum legionum exilium? Cū Tul- lius tantum posuerit pro magno, cui legiones exiles opposuit, hoc est, pusillas. Et aliquanto post, ut cum Mophragone si- gnis collatis, si possem de seruo tuo decidere. Quod erat cause ut pro decidere, siue decidere, mutaretur decerne- rem? Quasi non fuerit illud multo uerbum elegantius. Et enim si legas decidere subaudiēdum est uerbum, certarem, si- ue, congederer, cuiusmo di eclipses familiarissime sunt Cice- roni, presertim in hoc opere, ut legas, ut cum Mophragone collatis signis, subaudi q; congederer. Rursus hoc quod sequitur: Clitelle boui sunt imposte. Illa ne? Nō est nostrum onus. Offensus, nescio quis apofosepi, illa ne? Mutant: Adhis tu ad tempus, Latiminte quoq; corruptæ, nedum argu- tia sententiæ. Hæc inuitus & coactus admoni, ne quis, ut sunt nonnulli precipites ad id, ob celebratam Aldini nominis protinus dantent, aut radant, si quid deprehenderit ab il- lius editione discrepare: nec statim priores abijciant codices emendationibus huiusmo di freti.

Notares mala, optima: LXXXV

Plautinum illud in Trinummo prouerbiali schemate dictum uidetur: Nota res mala optima est. Dicitum est autem sub persona senis, suadere conantibus amico, ne uxorem tumetsi malam repudiaret, aliam ducturus: propterea, quod plerumque sit, ut qui committat primum, pro malo peius accipiat: tum ignotum pro noto, postremo in factum pro familiaris. Tantum enim ualet assuetudo, ut mala quibus assueuerimus, optima uideantur. Contra que sint optima, propter insolentiam pessima uideantur. Adagium itaque deterrere, ne temere nouandis rebus studeamus, nitentibusque uitium illud, haud scio an maximum, quod Graeci ἀλοκονισμός appellat, id est, nouarum rerum appetentiam, cui comes alterum ueluti germanum, quod ἐπιλογισμός uocant, quo mox fastidiuntur paulo ante adamata. Conuenit cum Platina sententia, quod apud T. Luuium Pacuuius Campani suadēs Campani, ne senatores mutare uellent, populū iam re doctum dicere conpudit: Notissimum quodque maximum maxime tolerabile esse. Huc pertinet et Ouidianum illud: Quod male fors, assuefecit, fores bene, nulla uetustas lenit. Eodem pertinet et Minus ille, nescio cuius: Mulier tum demum est bona, cum aperte est mala. Cognitum enim malum, aut uicium, aut nos ad id accommodari ferimus. Item ille: Consecta uicia, ferimus, non reprehendimus.

Inueni, non quod pueri in faba. LXXXVI

Strophylus seruus in Aulularia Plautina, aulam auri plenam à seue defissam, furtio sustulerat, eamque rem gestiens indicare hero, reperi, inquit. Et rogatus, quid reperiisset, non quod pueri clamitant, inquit, in faba se reperiisse prouerbiali nimirum figura magnum quiddam reperiisse sese significans: Est enim Midas uermiculus quidam, qui fabis immascitur: hunc si quando nacti sint pueri, gestiant atque exclamant, perinde quasi magnum quiddam inuenierint.

Midas in tessaris consultor optimus. LXXXVII

Midas qui in tessaris consultor optimus. id est, Midas qui in tessaris consultor optimus. Prouerbiū à tesserarum ludo natum. Est enim Midas, iactus uocabulum. Refertur à Suida prouerbij nomine. Perpendat diligens et eruditus lector, num uocabulorum legi oporteat, ut uersus sit iambicus trimeter: Midas γὰρ ἐν κίβοισι ἐυβολώτατος: id est, In tessaris iactus Midas propterimum. Accommodari poterit adagium ad rem, que forte fortuna bene cadit.

Ni purges & molas, non comedes. LXXXVIII

Νι μη καθαίρεις & κόλλεις, οὐ μὴ φαγῆς. id est, Ni et purges et molas, non comedes, id est: non continget tibi uictus, nisi tuam item industriam aduixeris. Ceres cum ostendat usum frumenti Tripolemo, ita dixisse fertur. Videtur esse senarius et poeta quopiam usoripatus. Potest trāsferri longus. Nō proderit tibi ingenij felicitas, nisi exerceueris. Inuiti legitur principum suorum nisi te gesseris, ut oportet. Nihil con ducet, quod doctum præceptorem nactus es, ni uigilaueris. Refertur à Diogeniano.

Nihil differs à Charephonte. LXXXIX

Οὐδὲν δ' ἰοίσεις χαιρεφώντῳ τὸ φόνισι. id est, Nihil ore quicquam à Charephonte discrepat. In macilentum pallidumque dicebatur. Charephon enim tragædiarum scriptor fuit. Is Heraclidarum res profectus est.

Quoniam autem nocturnis lucubrationibus erat maiorem in modum extenuatus, confectusque, iudgari ioco taxatus est. Quin etiam nocturne cognomen additum. Aristophanes in Nebulis: Οὐδὲν δ' ἰοίσεις χαιρεφώντῳ τῆ φόνισι. id est, Nihil figura à Charephonte differes, Aristophanes

Allusit idem in Pluto: Οὐδὲν δ' ἰοίσατ' ἄντιφωγῶς τῶν ἡρακλειδῶν, οὐδ' ἄντιφῶν τῶν παρωλάδ. id est, Ne tantulum quidem Ab Heraclidis differentem Pamphili. Pamphilus enim in Stoa depinxerat Heraclidas supplices Atheniensibus, ad quos meto Eurythibi confugerat. Hos igitur uocat Heraclidas Pamphili.

Nihil ab Elephante differens. XC

Ἐλέφαντ' ὁ διαφέρας οὐδ' ἐν. id est: Ab Elephante differens nihil. In magnos et lapidos dicebatur: etiam si primam ingenij laudem Plinius tribuit Elephatis, sed inter bruta. Verum corporis moles, et formæ seditas adagio locum fecit. Refertur à Diogeniano. Videtur hic alludere Palesio Plautinus, qui herum suum Elephanti corio circumtectum ait: nec plus habere sapientie quam lapidem.

Ne intra uestibulum quidem. XCI

Οὐδ' εἰς τὸς ἰσθμῶς. id est: Ne intra uestibulum quidem. In tumidos, feroces, et insolentes dici solitum, qui procul omnibus à sese submoti. Lex erat Athenis, ut homicidio contaminati extra septa sacrorum confisterent. Siquidem prima magnatum atria solent patere quibuslibet. Ad hunc morem adagium uidetur alludere.

Neque uiculis, neque sine malis. XCII

Aristophanes apud Suidam in Lystrata: Κάς ἐκὼν τῶν πῶν ἐξωθῶς κού κακῶς ἐκφυλλῶν, οὐτ' οὐδ' ἀνωλεθροῖσι, οὐτ' ἀνθ' ἀνωλεθρῶν. id est, Illud haud male, imò recte pro ditum est prouerbiū, Nec simul cum pestibus, nec rursus absque pestibus. De iocoribus dictum, cum quibus incommode sanè uiuatur: sed nec citra has constant familie. Simile illi, quod est in Epigrammatis: Nec tecum possum uiuere, nec sine te. Et quod alibi retulimus, ἀνα γκαῖα κακῆ. Citantur eodem loco et uersus hi: Κακὸν γκαῖαις ἐλλ' ὅμως ὁ δὴ μὸς οὐκ ἐστὶν ἐν ἐμῶν οἰκίᾳ ἀνθ' κούς. id est, Malum quidem iocor, attamen ciues, sine hoc Nulli licet parare familiam malo, Notum est illud Catonis, quod cum iocoribus incommode uiuatur, at sine illis omnino non uiuatur.

Ne in pelle quidem. XCIII

Οὐδ' ἐν δέματι. id est: Ne in pelle quidem. Hyperbole prouerbialis de supra modum tenuibus: uelut usque adeo nudis, ut ne pelle quidem propria tegantur. Cōmōrator à Suida:

Ne in tria quidem Stesichori nosti. XCIII

Οὐτ' τὰ τρία ἐκαστοῦ γινώσκας. id est: Ne tria quidem Stesichori nosti. De uehementer indocto et imperito dici solitum. Adagium sumptum hinc existimant, quod plerumque Stesichori poemata Epodica sunt, que tribus constant, ὅσοι φῆ, ἀνὸς ὄφω, ἠχὴ ἔσθ' ὄφω. Strophe est prima series uarijs metrorum generibus incedens. Antistrophe est iteratus per eadem ferme genera recursus. Epodus est diuersi carminis accentio. His et alij tragici poeta nonnumquam utuntur, potissimum in choris.

673

Nephalia ligna. XCV

Νεφάλια ξύλα. id est: Nephalia ligna. Dici posse videtur in abstemio, et ab omni voluptate procul alienos. Apud Athenienses, nephalia ligna vocabantur, quae neque iueta essent, neque ficulnae, neque myrtae. Nephalia sonat, quasi dicas sobria.

Nephalium sacrum. XCVI

Νεφάλιον θυσία. id est: Nephalium sacrificium. De conuiuio abstemio non inepte dicitur: aut de conuiuio uehementer frugali, sobriore. Apud Athenienses hoc genus sacrificij exhibebatur Mnemosyne, Aurora, Soli, Lunae, Nymphis, Veni, et Vrani. Nam in eo non libabatur iuu, sed aqua melle diluta. Haec ferunt Suidas. Non disidet ab illo quod alio posuimus loco: Caninum prandium.

Neglectis urenda filix innascitur agris. XCVII

Horatius Satyra tertia: Neglectis urenda filix innascitur agris. Mira admonuit allegoria, animum honestis excolendum discipulis, alioqui futurum: ut inuili sylua uitiorum occuparet. Filix enim herba inuisa agricolis, quae totos agros occupare solet, nec facile repargatur, ubi semel occupauerit.

Nauphraction tueri. XCVIII

Ναυφρακτιον ελεεωε. Nauphraction Graecae, clasis est ad bellum instructa. Solent autem in triremibus, magna quaedam inesse firamina oculorum instari, per quae remos inserunt. Vnde uelut enigmatica dictum, clasis more intueris: de his, qui latis ac praegrandibus, aut toruis et minacibus oculis quempiam aspicerent. Aristophanes quoque λεγεμενοι. Προς τον θεον ανερωτα ναυφρακτιον ελεεωε. id est, Homo per deos, quidam obtinere clasticum.

Proterbis et hinc proterbii iocus est natus, quod Athenienses aliquoties feliciter nauali pugna re gesserunt: uelut apud Artemisium et Salaminem, unde sublatis animi. Vnde uidetur dictum in turgois et arrogantes.

Negotium ex ocio. XCIX

Περγματα δε απροειμα. id est, Ex ocio negotium.

Hemistichium iambicum usurpandum, ubi res praeter opinionem euenit, et inde tumultus oboritur, unde tranquillitatem et ocium sperabamus. Autor Suidas. Nec indicat unde sit natum.

Nautis aut galerus. C

Ναυιον η κωβη. id est: Nautis aut galerus. De re ancipiti. Quod genus si quis de uoce incognita diceret, aut piscem significat, aut cucurbitam. Nec inuenisse dicitur in eos, qui cultu, moribusque diuersam personam praeseferunt. Veluti si quis pallio philosophico baltheum adderet militarem: aut cultu monachum, moribus et lingua lenonem ageret. Fragmentum est senarij ex uerbis Aristophanis: ναυιον η κωβη. id est: Aut galerus, aut ratis. Sumptum ab hoc trivremium genere, quas hodieque, uelut dicit galeras, ueluti dicas galeras. Haec seruant instructae, ut remos alarum uice porrigerent, mouerentque. Ceterum summo malo galerum seu petasum instar Mercatorij praeferrere. Nam Peloponneses galerum appellat κωβη. Hinc iocus nultivis uidetur fuisse natus in elatos et fastuosos, superciliosque, arrogantis.

Mazam pifuit a me pifiam. I

Μαζαμ μαμαχος τω υπ ημς μαμαρωβωλω. id est: A me ante pifiam mazam iste pifiat.

De his dici solitum, qui sibi aliene industriae laudem uindictant, et magnam gloriam alieno labore partam uerbis in se transfouent: ut Terentianus ait Gnatbo. Μαζα αβι genus ex lacte et farina, ferme panis instar confectum. Proemia refertur et ad hunc modum: Μαζαμ υφραγ πασσαε τω υπ ημς μαμαρωβωλω. id est: Subrepta mazam quam pifiamur: ubi quis alienis fruitur laboribus. Sumptum est autem ex Equitibus Aristophanis, quo loco carmen huiusmodi est: και παλω γε μς Μαζαμ μαμαχοτ ου πυλω λακωνικωμ, πανεργατα πωε πυλωεμαρ υφραγ πασσαε, Αυτοε παρωβωλω τω υπ ημς μαμαρωβωλω, ημωε δ απροειμα. id est, Cumque ipse pridem pifuerim mazam in Pylo Laconicam, iste accurrit a Iustissimo Raptamque sibi me apposuit, quam ego pifui, At submouet uos.

Demosthenes non orator ille, sed is qui bello Peloponnesiaco dux fuit Atheniensium: is collega Nicia, Pyllum urbem diuitiis na obsidione in rerum omnium desperationem adduxit. Cui successit Cleon e coriario imperator, qui alieno labore partam gloriam in se transfudit: paucis post diebus Pylo captam. Queritur igitur in hac fabula Nicias ac Demosthenes, de laude sibi praerepta per Cleonem.

Naufon Naucrati. II

Ναυφομ και νερατα. id est: Naufon Naucrati. Quoties aliqui similia inuenire respondent. Veluti si quis herus salutatus herum resalutat. Et nebulo compellatus, nebulonem uicifsim compellet. Naufon enim et Naucrates utrumque a naue dicitur: perinde quasi dicas: naua nauae.

Tolle tolle mazam, quam ocyffime scarbeo. III

Αιε αιε μαζαμ εωε ταχιστα κωβηαεω. id est: Mazam sine mora pone pone cantharo. Hoc uersiculo Aristophanes exorditur ενερωβωλω: quem eruditum proverbij loco refertur. Id usurpare licet, quoties sordidus cibus, immundo conuiuie apponitur. Quidam minifris panes sifuraceos apponit: sifur autem tritici purgamenti uel est. Vnde per sifuraceam mazam cibum duo redditum imnat. Hinc enim ut nascuntur, ita et aluntur canthari: quos Latini scarabeos uocant. Simillimum est illi, quod alio posuimus loco: Cyprio boui merendam.

Non est meum negotium, multum ualeat. IIII

Ουκ εε εμορ το περγμα, πολλα χειρετω. id est, Multum ualeat, haud est meum negotium. Quoties negabimus nos laborare de re, quae nil ad nos pertinet. Refertur a Diogeniano. Non dissimile illi: Aedibus in nostris quae praua, aut recta gerantur. Item illud quod est apud Aristophanem in Equitibus: τ αλλοτριο η αμωμ διεεω. id est: Alienam metens messen: Quidam ad eandem accomodant sententiam, etiam si Comicus sentit, de eo qui alienis fruitur laboribus. Propius huc pertinet quod scribit Pindarus in Nemeis hymno primo, το χορ ονειορ πτεεα παεβ εμωε, εωδλε ε απημωρ καετ ια κωβη αμωμ αλλοτριορ. id est: Quod enim proprium est premit inuicemque parit. Ceterum

propterea eorum noxa uideat circa dolorem alicuium.

Abominandus scarabeus: V

Μύσας κενύσας εἰ, id est: Abominanda cantharis. De contemptissimo, uulsiſſimoq; homunculo dicebatur. Cantharides uermiculi sunt letali ueneno. Quoniam hoc loco magis conuenit ut sit diminutiuum à cantharo scarabeo: quasi dicas scarabeolum. In sacris quoq; literis, uermis abiit in proterbium contemptus. Quod genus est illud in psalmis mysticis: Ego autem sum uermis, et non homo. Pro quo nonnulli uertunt scarabum. Item illud Esaiæ: Noli timere uermis Iacob, in interprete Hieronymo.

Molestum sapientem apud stultos loqui. VI

Αἰγυλιόφρονοντα παρὰ ἀφροσύνην πολλὰ ἀγορεύειν. Id est: Dicere multa graue est sapientem apud insipientes. Nihil intra stabulum homine stulto, qui quicquid recte dicitur, in diuersam partem rapit. Proinde apud huiusmodi aut silentium est uero cordato, aut oratio moribus illorum accommodanda. Recensetur à Diogeniano. Sed extat idem inter sententias Theognidis.

Modio demetiar. VII

Μεδύμνω ἀπὸ μαζῶν. id est: Modio demetiar. Prouerbialis hyperbole, ingens et cumulatam sperantis emolumentum tuum. In magna siquidem rerum exuberantia, non heminus, nec; conzijs, sed modio metimur. Integre sic reddidit Suidas: Μεδύμνω ἀπὸ μαζῶν ἥδη τὸ πάχος ἀργυρίου. id est: Modio metior acceptum à patre argenteum. Videtur senarius deprauatus, quem hoc modo resitueris: Μεδύμνω ἀπὸ μαζῶν ἥδη πᾶσος ἀργυρίου. id est: Modio paternam metior pecuniam.

Mens non inest Centauris. VIII

Νῶς οὐκ ἐνὶ κενταύροις. id est: Mens non inest Centauris. In uoceras et stultos dicebatur, et qui conarentur quod effici non possent. Natus est Centaurorum fabula. Adagiuum à Diogeniano refertur. Isq; conuenire putat in contentiosos, et alicui appetentes: propterea quod Centauris exitium attulerit rerum alienarum appetentia.

Melle temetipsum perungis. IX

Ἐν μελίῳ ἑαυτὸν καταπέθεισ: id est: In melle te ipsum obuoluis, oblinisq; hoc est, molliter, sua uerq; uitam agis, quasi parum sit uel in melle, nisi totus sis mellisus. Extat apud Diogenianum.

Mercurius infans. X

Ἐξυμῆς ἀμύδιος. id est: Mercurius infans, siue indolens. Ironia et prouerbialis, ubi quis fingit se uidem eius artis, cuius est callentissimus. Mercurius enim eloquentie, disciplinarumq; parens est. Non dissimulandum arbitror in iudicatis exemplaribus haberi: ἐξυμῆς ἀμύδιος. id est: Mercurius prophanus et non initiatus. Que lectio si cui magis probatur, ne mihi quidem admodum displicet. Quis enim mysteriorum peritor, quam Mercurius interpres deorum, superis et inferis et æquo communis: deniq; μυσαργυρῶς ipse, hoc est, mysteriorum presertitus? Respondet illi, quod est apud Aristidem in Pericleō κῆρυξ τὸν σόντορον. id est: Cretenſis mare.

Mendicorum loculi semper inanes. XI

Πτωχῶν οἰλοὶ ἀεὶ κενοί. id est: Mendicantium sacculi semper inanes. De petacibus dictum et insatiabilibus: cognatum est, quod alio reddituum est loco: τῶν πτωχῶν οὐ τίμα πᾶσα. id est: Mendicis per a non impletur.

Meliacum nauigium. XII

τὸ μελιαιῶν πλοῖον. id est: Meliacum nauigium. In

futilem et rimarum, ut ait Terentius, plenum: hac atq; illac persuolent, distitum uidetur. Parocimia hæc ad historiam quampiam refertur. Ea sic habet: Aristoteles quidam Meliacus deducende colonie presertitus, cum multi detrescentes nauigationem, uaria causarentur: et alij dicerent uoces suas aduersa uelutidine teneri, alij naneis suis per fillare, atq; his preteritibus domi manerent, ille indignatus, imprecatus est illis, ut nunquam haberent naues integras, et semper sub uicorum imperio uiuerent. Vnde quadratum uidetur, ubi quis causas fingit, quo suffugiat officium.

Melanione castior. XIII

Μελανίωνος ὁ σαφρονέσθου. id est: Melanione castior, dicebatur, qui magnopere à mulierum congressibus abhorrebat. Auit Melanionem quendam odio mulierum in solitudinem demigrasse: per q; aia montium et nemorum, cane quo uno cõuictore uidebatur, feras insectari solitum, nec unquam domum reuocari potuisse. Meminit adagij Aristophanes in Lystrata. Quoniam hæc inter editas nondum habetur: nos scripta legimus. Simili figura dicitur, Hippolyto castior: nã et huic simile uenandi studij, simile odiu feminaru.

Matris ut capra dicitur. XIII

Τῆς μητρός ὡς αἰγῆ καλῆς. id est: Matris ut capra dicitur. In spuris dictum uidetur, quoru pater incertus est, eaq; gratia à matre denominantur. Ductum ab hecdis, qui in capribus, à matre dignoscitur: nã à patribus haud quaquam possis. Potest et in iocum uerbi proterbium, uelut si quis per lusum neget se patrem agnoscere, matrem scire: οἷ, μητρός ὡς αἰγῆ καλῆς. id est: Matris uelut capra uocor. Manet etiam hodie vulgi locus, quo dicunt, sapientem esse filium, qui patrem suum norit. Hoc ab Homero manasse uidetur, apud quem Odyssee primò, T elemachus rogatus non Ulyſſis esset filius, respondet ad hunc modum.

μήτε μὲν τὸ ἐμὲ φησι τὸ ἐμυμῶν, εὐτὸς ἔγωγε οὐκ οἶδ'. οὐ γὰρ πάτερ ἄς ἐδὴ γῆνον εὐτὸς ἀνέειπε. id est: Esse quidem illum mater me ait, aſt ego sanè Nescio, nemo suam patrem unquam nouerit ipse.

Quasi locum in balneis. XV

Proterbij speciem habet, quod est apud Tertullianum, libro aduersus Marcionem tertio: Sed quia prior eis uent, et uirtutum documenta signauit, idcirco quasi loci in balneis, ita fidem occupauit, posteris quibusq; preeripuit. Comeniet uti ubi non ex merito datur locus, sed ex uetustate. Qui quidem ordo seruatur et hodie inter monachos et Canonicos atq; item Theologos, nimirum ad excludendam contentione de dignitate. Apud prescos unusquisq; ex amorum numero estimabatur.

Milium torno sculpere. XVI

Τὰς κέρυδες ἀποστρέφειν. id est: Milij grana torio sculpere dicebantur, quia rem absurda molirentur. Milij enim minutus est, quam ut inde quicquam descalpi possit. Suidas ad hunc modum effert parociam: ἑλεοῖσπερος ἀπὸ κέρυδων, οἷ τὰς κέρυδες ἀποστρέφειν ἐπιχρῶσεντων. id est: Magis ridicule facis, quam ij, q milij grana torio polire conatur.

Magnetum mala. XVII

Μαγνητῶν κακὰ. id est: Magnetum mala. De malis in gentibus dictum uidetur, aut ijs, que in autores suos recidunt: Cum Termerijs enim malis Magnetum mala coniunguntur, in his uerbis, que citra autoris nonem referuntur apud Suidam: καὶ τὰ μαγνητῶν κακὰ, καὶ τὸ περιεχόμενον, καὶ πᾶσα ἀπολλῆς ἐπιποδῆσθαι οὐ πῶν τρησφῶν. id est: Nec si magnetum in mala, nec si Termerium, nec si totum in summa

677

summa tragediâ eloquat. Quamquam in Suida legendi sibi cor, τὰς μετέωρον. id est: mala Terreniorâ, de quibus aliis nobis dictum est. Sumptum apparet ab historia, que de Magnæbitus afflictiis meminerit, in que seruntur incidisse, uoluto namine quopiam. Strabo geographie lib. decimoquarto, Magnæbitus commemorat olim opibus florentes. Anno deinde proximo à Cimmerica, funditus fuisse sublato. Anno deinde proximo à Milesijs locum fuisse occupatum, subindicans proverbum ex Archilochio sumptum esse, qui meminerit de Magnetis malis.

Complura maculici canis cubilia. XVIII

Πολλὰ κενὰ δὲ ζῶσαν. id est, Sunt canis infinita cubilia masculi.

Hemistichium heroicum proverbiale. Recte dicitur in hominem mulierosum, peculiariter eum qui non contentus certo thoro, passim per aliena cubilia uolutori gaudeat. Nam hoc sibi permittant hac tempestate mariti. Porro si quid humanum acciderit tectori, caelum terre commiscet, tam inique feruari in illas, quam turpiter in sese indulgentes.

Multa in bellis inania. XIX

Πολλὰ κενὰ τὸ πολέμου. id est: Multa belli inania. De inani suspitione, aut pauore sine causa oborto, que Greci πανικὸν uocant. Parcanian hinc mansisse putant, quod huiusmodi panici terrores plerumque solent in bellis accidere. Vel quod Lacedæmonij fundis quibusdam ex neruis crepantibus uti consueverint ad terrorem incutiendum hosti. Polybius apud Suidam: Cum luna defectum passa esset temporibus Persæ Macedonum regis, uulgo rumor increbuit, regis interitum significari. Eaq; res pariter et Romanis addidit animos, et Macedones confirmauit. Deinde subiectis adagijs οὐτως, ἴκναι, ἀνδρες ὅσι τὸ πηροφόδωμον, ὅτι πολλὰ κενὰ τὸ πολέμου. id est: Itaque uerum est, quod uulgo circumfertur: Multa esse inania belli. M. Tullius epist. ad Atti. lib. 5. Interim scis esse quedam πανικὰ, dici ἴτε τινὰ κενὰ τὸ πολέμου, rumore aduentus nostri. Plutarcbus in cōmentario, πρὸ τῶ ἀκρότου. ὡς γὰρ πολέμου καὶ ἀκρόσεως πολλὰ τὰ κενὰ ἔστιν. id est: Ut enim belli, sic et auditionis multa inania sunt. Respexit huc Q. Curtius lib. 3. Fama bella stans, et eum qui recedat fugere credi. Ac rursus lib. 5. Ac fama maximum utiq; in bello momentum. Item lib. 8. Fama enim bella constant, et sepe etiam quod falso creditum est, ueri nicem obtinuit. Sed apertus lib. 7. Eares, sicuti pleuraq; belli uana et inania, barbaros ad deationem traxit.

Militauit cum Erasinade. XX

Ἐστράτηγος μετ' Ἐρασινάδου. id est: Militauit cū Erasinade. Vulgo per iocum dicebatur de his, quibus res uidequa que male procederet. Erasinades dux Arginensium obsecerat. Infeliciter autem pugnatum est ad intermissionem extinctis, cum alijs quotquot resistebant, tum ipso duce. Hic Erasinades male audiebat, quod pecunias Hellepōiticis furatus esset, huiusmodi sermō Suidas.

Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem. XXI

Γυναίκι μὴ πιστεύῃς μηδ' ἀπ' ἀποθανῶν. id est, Ne fidem habeas, nec enuientem femine: Hyperbole proverbiale. Vsq; adeo non est fidendum mulieri ut etiam si morientem uideas, putes fingere. De nouera, que septuagesimo quos priuigium interuent, illapsa in pueri caput pyramide, meminitus alijs. Refertur à Diogeniano.

Mulierum exitia. XXII

ῥωσέωκαρ ὄλεθρον. id est: Mulierum exitia. De his, qui funditus ac miserabiliter pereunt. Mulieres enim omniū serē

calamitatum auctores fuisse uiris dicuntur. Testis Pandora Hæliodora: testis bellum Troianū: testis Hercules, à Deianira extinctus: testis Danaidum sibi: testis Lemniarum mulierum historia: testis Cleopatra: testis Eua, proflus infamis apud omnes Christianos. Quamquam hæc magis comenibat stultitiæ uirorum adscribere, qui ita dum indulgent mulierculis, ut uelut amantes amore, in quoduis malum sequantur: cū par fuerit, ut illis moderatibus, mulier nator a stultior, simul et imbecillior minus desiperet. Quod enim animus est corpori, id uirum oportet esse mulieri. Verum quemadmodum iulgius sua uita corpori imputat, cum ab animo proficiscantur: et stulti principes infansimos bellorum tumulibus imputant populo, quorum ipsi sunt auctores, ita uiri reijcūt in feminas, si quid ipsi delirauerint.

Multa noris oportet, quibus decum fallas. XXIII

Πολλὰ κενὰ εἰδήσεις οἷς τὸν θεόν ἔξεσπασσάτω, id est: Multa scienda, deo quibus ipsi imponere possis. Vbi quis fucum sacre conatur et, cui difficile sit dare uerba, propter astutiam singularem. Ab oraculo natum adagium. Sententiam aliter extulit Pindarus in Pythijs hymno icrto de Apolline loquēs, ἔνδ' ἔσθ' οὐχ' ἄπ' ἔσθ' κλέπτει γέμυρ οὐ θεός, οὐ θεός, ἔργους οὐτε βωλάει, id est: Mendacis non uitur. Fallit autem illum non deus, non homo, nec factis, neque consilijs.

Multū Mannij Aricie. XXIII

Mannius apud Festū Pompeium, Diane Aricine lucum, qui et ipse Aricinus dicitur esse, consecrasset legitur. Ex hoc Mannio Aricio, uero laudatissimo, quam primi extiterunt uiri item clarissimi, eodem nomine, ut hinc natum proverbum: Multos Aricie Mannios esse. Sed longe dissentit Afinius Capito, existimans proverbum conuenire in deformes: uerum hic locus apud Festum ita mendis corruptus est, ut nihil certi possit elici, præter hæc, que retuli.

Murus athenicus. XXV

Murus athenicus apud Horatium in epistolis, usorptator pro certo et immutabili animi decreto, schemate nimirum proverbiati: Hic murus athenicus esto, Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa: Vegetius gratiam armatum am murum ferreum exercitus appellat, ueluti solidum et inexpugnabile munimentum.

Multi te oderint, si te ipsum amas. XXVI

Πολλοί σε τὸ μισέσωσιν ἀν σὸν ὄψα. id est: Multi oderint, si temetipse diligas: Deterret à fastu proverbum, et à philantia. Multis enim displicet, oportet, qui sibi nimium placet. Contra modestia, præcipua fauoris et beneuolentia conciliatrix. Suidas ait, nymphas fastidias à Narcisio hoc dixisse quod modo retulimus. Concinat hinc senarius ille: Λίαν ὄψαμ' ἑαὐτ' οὐχ' ἔβες ὄψαμ'. id est: Nemo erit amicus, ipse si te ames nimis. Nulli minus sunt appositi ad mutuan amorem, ac beneuolentiam, quam qui sese uehementer amant.

Malorum pangeryris. XXVII

Καὶ τὸ πανηγυρίσθαι. id est: Malorum pangeryris. De malis agnominatim ingruentibus, et inimicis sibi succedentibus. Pangeryris enim apud Græcos dicebatur, solennis ille populi conuentus, ad ludos festos celebrandos, uoce hinc composita, quod festis diebus inuicem sibi conueniret. Disce apud Suidam: καὶ πᾶν τὸ ἐξωσθῆναι ἐν καὶ τὸν πανηγυρίσθαι.

Ἄλλοι κατ' ἄλλω συμφορᾶν ἰδόντες, id est: Omnis simul malorum ut in pane greze Alios tenebat aliud inferturum,

Homerus Iliados τ. Ὡς μοι δ' ἔρχετο κακὸν ἔκ κατ' ἄλλοι. id est: Vt ex malo mihi usq; succedat malum.

Magis impius Hippomene. xxxviii Αἰετὸς ἵππος, id est: Magis impius, quam Hippomenes. Hic Atheniensium princeps, filiam à ciue quorū uiciatam, unà cum equo feroci concussit in domicilio: nec huic, nec illi cibum præbens. Equis igitur sume in rabiena actus, puellam adortus conficit: deinde perijt ipse quoq; pabuli uidelicet inopia: post hæc pater domum est demolitus: loco nomen inditum, equi et puelle, Recenset adagium Diogenianus.

Maniuoro uinculo. xxxix Χειροβοῦλὸν δεσμοῦ, id est: Maniuoro uinculo. Sic quispiam appellauit manicas uestium Ponticarum, quod manus offendat, atteratq;. Idè obijciunt Troianis, apud Vergilium: Et tunica manicas et habent redimicula miræ. Recenset Zenodotus.

Malum Hercules. xxx Μάλῳ ἡγευδῆς, id est: Malum Hercules. Dicit conueniet, ubi quis minuscula, quantumuis pusilla boni consulit. Apollodoros apud Zenodotum in libris de dijs prodidit, apud Atheniensis Herculi Alexicaco, hoc est, depulso malo rum, peculiare quoddam uictime genus immolari sole. Cum enim euenisset aliquando, ut bos, quem et anti mactatur, profugisset, malo arrepto subditisq; ceu crurum uice quatuor ramis: additis item cornuum loco duobus, bonis imaginem quandam representauerunt: atq; id ridiculū simulacrum uice bonis immolarunt Herculi: que quidem res in uulgi fabulam abiit. Idem est cum eo, quod ante retulimus: μὴ δὲ ἡγευδῆς, id est: Pomaceus Hercules, nisi quod unius uocule commutatione nonnihil immutatus est et usus prouerbij: nam illud de contempto dicitur, hoc de boni consilente.

Manum habere sub pallio. xxxi Μανὴν ἔχειν ὑπὸ πάλῳ, id est: Manum habere sub pallio. Quintilianus libro duodecimo damnat eos, qui nunquam com mouentur inter agendum: semperq; manum, quod aiunt, habent sub pallio. Quapropter, inquit, mihi salū multum iadentur, qui solos esse Atticos credunt tenes et lucidos et significantes, sed quadam eloquentie frigiditate contentos, ac semper manum intra pallium continentes. Hæstius Fabius. Sumptum est à gestu rhetorum. Nam qui languent, manum occultant sub pallio, qui commoti sunt, proferunt: et agitatione manus, brachijq; promouebantur, ea que contentionis plusculum haberent.

In sinu manum habere. xxxii In sinu manum habere, dixit Theocritus, tenaces et ad largiendum pigros. Sic enim ait in Charitibus: Νενιδωτὸν δ' ὑπὲρ κροδῶν πᾶσι δ' ὑπὲρ κροδῶν χεῖρας ἔχωμι, πῶδε μὲν αὐξέεται δάκρυ ἄρυσθαι. id est: Luctusq; cupiame uictus Inq; sinu uniusq; manus habet, illud et unum spectat, qua ratione sibi aucta pecunia crescat. Porro quod ait Seneca lib. pand. 2. 2. Tit. de probationibus: in sinu meo habui, pro eo quod est, in potestate mea clam habui: magis pertinet ad illud, quod alibi nobis dictum est, in sinu gaudere. Verba Caisij sunt hæc, Titio centum do lego, que meo pertinet

lit, que ideo ei non caui, quod omnem fortunam et substantiam si quam à matre susceperat, in sinu meo habui sine ulla cautione.

Præmansum in os inferere. xxxiii M. Tullius in oratore suo, libro secundo, prouerbij uice usurpat, præmansum in os inferere, pro eo, quod est rem in docendo nimis enucleate, nimisq; frustulatum tradere. Quod ficere quidam assolent, qui uelut ingenij auditorum diffundant, ita nihil omittunt, incutientes etiam minutissimas megas. Sumpta est figura à nutricibus, que pueris adhuc edentulis cibum præmansum in os inferunt. Verba Tullij sunt hæc: Ego autem si quem plane rudem institui ad dicendum uelim, his potius tradam, æsiduus uo opere eandem inuade die, nocteq; tundenibus, qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima, mansa, ut aiunt nutrices, infanibus pueris in os inferant. Au. Gellius Noctium Atticarum, libro quarto, capite primo, etiam sic locus hic deprauatus est. Sic enim habent codices uulgati: Nam hoc quidem peruidgatum est, diffinitionem omnem ex genere et differentia consistere. Sed si item præmandare, quod aiunt, postulas, ficiam anè id quoq; honoris tui gratia. Ego legendum arbitror: Sed si idem me tibi præmandere, quod aiunt, postulas. Præmandere dixit, pro eo, quod est plus quam crasse explicare rem aliqui non difficilem, nisi si quis plane sit puer. Hoc adagij manet etiam hodie, cum aiunt: An non sat tibi datam occasione esse. Num postulas, ut tibi præmandetur etiam? Non dissimile est huic, quod idem Cicero scripsit ad Atticum. Sed hæc hæstius. Ne uidear, πῶς μιν καὶ ἐπεὶ δ' ἔβην. Et si nunc quidem maxima mihi sunt hæc. Et Græci μικρολογίην aiunt, pro eo, quod est circa minutula quæpiam anxium esse.

Mala proditio. xxxiiii Καὶ τὰ πρὸς οὐσίῃ, id est: Mala proditio. Ubi quis paciam mercedem non accipit cum tempore præstitit conditionem. Natum ab historia quæpiam, quam tamen nō indicant interpretes. Notum est illud dictum, proferens in laudo, proditorum nō laudo. Quom igitur per se in honesta sit proditio, tamen nonnunquam nullis est, et ei in cuius gratiam fit, et ei qui facit. Ceterū ubi non succedit, aut ubi proditor fraudatur suo premio καὶ τὰ πρὸς οὐσίῃ dicitur. Refertur à Diogeniano:

Mali thripes, mali ipes. xxxv Κακὰ δὲ θρίπτες καὶ ἰπες, id est: Mala quidem thripes, mala uersum ipes. De duplici malo dici solitū, ut non magni referat, utrum elegeris. Thripes enim Græcis uermiculus est, qui lignis immascitur, materiasq; uiciat. Ips item cornibus et uerbis infestus. Extat apud eundem Diogenianum.

Mali bibunt improbitatis fecem. xxxvi Κακοὶ τὴν βίαν πονηρίας τῶν δολίχων id est: Mali bibunt iniquitatis turbidum. Græcus uersiculus uidetur inuersione dictionum deprauatus, quod non raro nobis deprehensum est. Constat hoc passio. Πινεὶ δὲ μίχλας τῆς πονηρίας κακοί, sine οἱ κακοὶ πονηρίας Dicit solitum, ubi pacia maleficis digna meritis contigisset. Translatum apparet ab ijs, qui uino limpido epoto, mudent ad fecem usq; permeunt. Itaq; uoluptatem ex maleficis perceptam, dolor supplicij consequitur.

Lydio more. xxxvii Ἀνδρῶν νόμος, id est: Lydi lege, sive Lydia cantione. Conuenit, quoties ariolatur aliquis, et augurij diuinationibusq; seruit. Hac enim superstitutione Lydi laborasse feruntur

nr. Alludit ad harmonie genus quod Lydium dicitur. Nam
et Magorum preces, incantamenta uocantur et carmina.
Meminit Diogenianus, et item Hefychius.

Lydi mali, post hos Aegyptij &c. xxviii

Λυδοῑ ωνοχοῑ, δεῑτες̄ οἱ̄ ἀγρο̄νη̄τοῑ,
τη̄τοῑ τῶ̄ν ἀνάντων̄ κότε̄ς̄ θρο̄λιε̄ρᾱτοῑ. id est,
Lydi improbi, post hos fecandi Aegyptij,
Teritij: Ceres perditissimi omnium.

Tempore iuuiter utentur, siquando mali cum malis confertur,
et collatus cum sceleratioribus, ita denum minus illaudatus
aliquis uidetur. Velut apud Athenæum Antiphanes, cum ἰχθυόσ
πέλωλας fecisset omnium sceleratissimos, tamen exceptit men-
sarios, his quoque, non centiores, Diogenianus.

Lutum sanguine maceratum. xxxix

Theodorus Gadareus Tiberij Cesaris in arte Rhetori-
ca præceptor, perspicuus in eo adhuc adulescente sententiam
quandam cum ingenij stupore coniunctam, inter obiturozan-
dam illum, subinde uocare solet, ωπλορ̄ ἀίματῑ συμπε̄
φοῡζω̄ντορ̄, id est: Lutum sanguine maceratum, luto arditia-
tem immuens, sanguine crudelitatem. Atque Suetonius. Non
omnino dissimile est, quod scura quispiam Athenis iecit in
Syllam, σικκ̄ μιν̄ορ̄ ἐδ̄ ὁ̄ σὺ̄ δασ̄, ἀλθ̄ιτ̄ ω̄ πεπασ̄ μέε-
νορ̄, id est: Morum est Sylla, farina uarietatum. Quod enim
Plutarchus dixit σικκ̄ μιν̄ορ̄, interpres uertit morum. Nota
uit autem formam Syllæ, in cuius facie aliqui candida, sublie-
cebat rubor non perpetuus, sed uelut maculis inspersis.

Libera capre ab aratro. xl

Ἐλευθερο̄ αἰγῆς̄ ἀε̄ ὄζωρ̄. id est:
Immunes capre ab aratro.

Hemistichium heroici carminis prouerbiale, dictum olim ab
ijs, qui se ab onere quopiam, aut molestia liberatos gloriaren-
tur. Veluti siquis parasitus iactet felicitatem suam, quod ad
reip. munia non nocent, cum ad nullam honestam functionē
sit appositus. Zenodotus autor.

Lis litem ferit. xli

Ἐργ̄ οἱ̄ ἔργ̄ ἀντιφοῡεν̄. id est:
At litem feritur, de lite uicissim.

Hemistichium est heroicum. Rescanda iniuria est, non re-
talianda. Alioquin quis erit reciprocandi mali finis, si uicissim
contumelia contumelia reddatur? Carmen extat inter præce-
pta Phocylidis:
Πῶ̄δ̄ μὲν̄ ἄρ̄ ὄντας̄ ἔργ̄ ἐξ̄ ἑμ̄ ἀντιφοῡεν̄,
Germanum illi, quod alio commemorauimus loco.
Δὲκ̄ δ̄ ἰκίω̄ ἐτικτε̄, ἠγῆ̄ ἐλάεω̄ ἐλάεω̄. id est:
Litem parit litem, noxa item noxam ferit.

**Lignum tortum haud inquam
rectum.** xlii

Ἐυλορ̄ ἀγμ̄λορ̄, οὐδ̄ ἔποτ̄ ὀξῶδ̄ορ̄. id est:
Nunquam rectum tortile lignum.

Hemistichium heroici carminis et hoc. Distorta, praua q̄;
ingentia, uix inquam ad bonam frugem traducuntur. Qui se
mel inueterauit in uitijs, raro fit, ut ad bonam mentem redeat.
Effertur et ad hunc modum, τὸ̄ ἐυλορ̄ σκαμ̄δορ̄, οὐδ̄ ἔ-
ωποτ̄ ὀξῶδ̄ορ̄, id est: Lignum prauum nunquam rectum. Ho-
ratius, metaphora an unde ducta sit, ostendit:
Naturam, inquit, expellas furca, tamen usq; recidit.

Indicat enim esse ductam ab ijs, qui furca admoda, conantur
arboris distortæ uitium emendare. Confirmat hoc et senten-
tia prouerbialis:

Ἔπισ̄ορ̄ πονη̄ρά̄ μισταβᾱλορ̄ οὐ̄ ἰσάλορ̄. id est:
Ingentia praua uictere haud proclive sit.

Lesbiji digna. xliiii

Λεσβιο̄ν̄ ἀξ̄ιᾱ, id est: Lesbiji digna. De rebus tritis die-
cebatur, ob id, ut conijcio, quod Lesbij ob uacuitatem uulgo
male audirent. Fortassis non male quadrarit et in fordidos,
atq; impuros. Nam hæc etiam nota quondam illis iniuria est.
Vnde λεσβιο̄ν̄ dictum, pro eo, quod est pollucere et con-
spurcare. Aristophanes:
Μελλ̄ισσορ̄ ἠδ̄ ἄν̄ λεσβιο̄ν̄ τοὺς̄ ἐμ̄ μπότας̄. id est:
Spurcabit, ac iam polluet conuiuium.

Lennia manu. xliiii

Λεννιο̄ν̄ χε̄ρῆ̄, id est: Lennia manu, dictum est pro eo,
quod est nefaria, impia, crudeli. Natu ab historia prouerbijs,
quam alijs retulimus in Lemnio malo.

**Lepus apparenis, infortuna-
tum facit iter.** xlv

Φανεῑς̄ ὁ̄ λαγω̄ς̄ δ̄ συσχῡες̄ ποιῆ̄ ἡ̄λιβος̄. id est:
Inauspicatum iter, obuius facit lepus.
Vulgo creditum etiã his temporibus occursum lepore omen
esse parum felix iter ingressis. Torqueri potest ad interueni-
tum cuiuspiam, qui uideatur incommodum aliquod allatu-
rus. Meminit Suidas.

Limen senectæ. xlvi

Ἦμέσ̄ οὐδ̄ ὄν̄, id est: Senectæ limen, antiquitus appella-
bant, uelut extremum aduentum ætatis humane, cum iam
appetit huius decrepita senectæ. Sumpsum est ex Homero,
apud quem id per quam frequens est, ut Iliados. x.
ὄμ̄ εἰ̄ πατῆρ̄ κρονιδῆ̄ ἐπὶ γῆεσ̄ οὐδ̄ ὄν̄,
ἄισ̄ ἣν̄ ἀργαλιῆ̄ φθίσει. id est:
Quem fors Iuppiter ipse senectæ in limine diris
consciet fatis. Idem Iliados. ο.
τῆ̄λιος̄ ὠσπ̄ ἔγωρ̄ ὄλοῦ̄ ἐπὶ γῆεσ̄ οὐδ̄ ὄν̄. id est:
Fermè mea hæc ætate, senectæ in limine tristi.

Idem in Odyssæa.

ὄμ̄ κατε̄λε̄περ̄ ἰορ̄ ἐπὶ γῆεσ̄ οὐδ̄ ὄν̄. id est:
Quem proficiens ille senectæ in limine liquit.

Rursum Odyssæa. τ.
καὶ γῆεσ̄ οὐδ̄ ὄν̄ ἰκε̄δ̄. id est:

Atq; senectæ attingere limen.

Vsio patet et à Platone tanquam poetici prouerbij uice.

Rursum apud Hesiodum in operis et diebus:

ὄσπερ̄ γονιῆ̄ γέροντα κακῶ̄ ἐπὶ γῆεσ̄ οὐδ̄ ὄν̄
Νῆκειν. id est:

Quisq; senectæ in limine festum ætate parentem Irritatit,

Lingua bellare. xlvii

Ἰλότῃ̄ πολυμ̄ζῡ, id est: Lingua bellare dicuntur, qui
magnifice conuiciantur, ac inuicem hosti, sed cũ tutum est.
Sic enim Menelaus Græcorum igneam inuicem Iliados. η.
ὄμοῑ ἀπειλη̄τες̄ ἀχαιῶ̄ς̄ οὐκ̄ ἔτ̄ ἀχαιο̄ι. id est:
Heu Grate neq; iam Graij, iantumq; minaces.

Alludit hoc et Vergilius in Aeneide.

An tibi mauros

Ventosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis Semper erit?

Hæc enim Turus in Draceni lingua pollutem in consilijs,
alioquin imbellem. Idem Rutulos malecicos facit.

O uera Phrygie, neq; enim Phryges.

Ei tunica manicæ et habent redimicula mitre.

Sic autem loquitur Hector apud eundem Homerum. Iliados v.

καὶ κερ̄ ἔγωρ̄ ἐπέωσῑ ὃ̄ ἀθανάτοισῑ μαχο̄μιμᾱ,
ἔγχε̄ι δ̄ ἀργαλιῶ̄ς̄ ἐσθ̄ῑ πολὺ̄ φέρτεροί̄ σῑορ̄. id est:

Sane ego uel diuis possum contendere lingua,
Verum hasta dorum, multo quã uiribus illi

Porrò uera fortitudo, neq; maledica est, neq; minax, id quod inuuit Homerus Iliados libro quinto.

Τὸνδ' οὐτ' ἰπποσύνην κορυθαίολον ἔκρωσ, Ἄλλὰ πρῶτον λελίσμεν. id est:

Hinc nihil omnino respondit belliger Hector, Quin magis cominus insiliit. Et eiusdem operis lib. tertio, fingit Græcos tacitos in prælium ire:

Οἱ δ' ἐπ' ἰσάμ σιγῇ μένεα πτερόεντες ἔχουσι ἐν θυμῷ μεμαδότες ἄλεξέμεν Ἀχαιοῖσιν: id est:

Ast ibant taciti, uim spirantes Danaide, Atq; animo prompti auxilium sibi ferre uicissim.

Et Aristophanes in Nubibus: Πρῶτον βυλένωμ Ἐ τῆ γλώτῃ πολεμίζωμ. id est,

Precens, consultans, et lingua prælia miscens. Apuleius uerbo festiuiter nouato, uerbigerari dixit pro uerbis digladiari.

Larus hians.

XLVIII

Λᾶρ κεχρηῶς, id est: Larus hians. Dicebatur, ubi quis audius inhiaret præde. Est enim Larus auis auida, uoraxq;. Quam eandem Græci κίτφομ appellant. Aristophanes in Equitibus:

Λᾶρ κεχρηῶς καὶ πῆξεν δὴμυρεῶμ. Que Latine quidem comode reddi non possunt. Cleonem enim ob rapacitatē Larum uocat, quod quædamodū uis in seipulis obuersatur, siquid pisciū possit uenari, ita ille uersaretur in reipublice negocijs administradis, suū interim agens negociū. Plutarchus apud Athenæum libro cōuuiuiū tertio:

Ἐτῆ δὲ ἐπ' οὐδ' ὄμ ἰωμ, καὶ ὄμ δ' ἐπ' ἰωμ πρῶτον καὶ ἔπειτα, πρῶτον ἄρα ὄμ ἐπ' ἰωμ, καὶ ἔπειτα ἰωμ ἐπ' ὄμ. id est:

At uero adueniens in limine stabat Cherephoon parastitus ei uicinus, ad non dissimilis, uulgo dicta est Larus, et orienti.

Larum Theodorus Gaza uertit Gaiam, cuius mentionem facit Plinius, inter maritimas Halcyonem et Mergum. libro decimo, capite trigesimo secundo.

Laconismus.

XLIX

Λακωνισμὸς ueluti proverbio breuiloquentiam uocant, siue quod Lacedæmonij factis magis quàm eloquentia præcellerunt, siue quod in apophthegmatis, præcipue ualuerunt. Horum autem præcipua gratia, ut paucissimis uerbis plurimum sententia complectantur. Cuiusmodi sunt illa, εἰς κα, id est, si, et ἢ τὰμ, ἢ ἐπὶ τὰς, id est; Aut hunc, aut siue per hunc. M. Tullius aliquando iocatur in Laconismum Bru ti. Et λακωνικῶς λέγειμ, apud Græcos, pro eo, quod est paucis, et compendio dicere. Et λακωνίζωμ, asserere breuiloquentiam. Proinde Homerus quoq; Menelao ceu Lacedæmonio argutam breuiloquentiam aspingit:

Ἰσθλα μὴ ἂλλὰ μέλαι λυγέωμ. id est:

Fauca quidem, uerum planè argutissima.

Quin et frugalitas et integritas Lacedæmoniorum præ ceteris Græcie partibus tanta fuit, ut qui castigate casteq; iuuerent Laconice iuere dicerentur. Cimon quoties aliquid in Atheniensium suorum moribus reprehenderet, dicere solebat, ἄλλ' οὐ λακωσαμένοιοι γε τοῖσπι, id est: At non tales Lacedæmonij. Itidem et Massyliensium probitas abiit in proverbium quod alibi retinimus. Sunt autem hæc inter se cognata pauca loqui, et probum esse nimum. Celebratur et hoc dictum inter Thaleris sententias apud Laërtium. Pindarus hymno Isthmiorū quinto, ἐσθλοῦ ἔσπομ ἐκέρσεταί περ βαρῆσις, id est: Arguuntur more dicetur paucissimis.

Interpres admonet Ionum esse multiloquentiam, Ceterū bre

uiloquentiam non tantum esse fundiarem Laconibus, uerum etiam Argiuis, citans illud ex Vlyse florente Sophoclis, μὴ ὄμ γὰρ ἀσχυλαί σιωτῆμεν βραχίς. id est: Argua paucis multæ fert oratio.

Late uiuens.

L

Λάβε βίωσας, id est: Late uiuens. Admonet adagium in humili fortuna uitam esse feliciorē, ijs qui obscari uiuant, et à publicis negocijs ita femoti, ut cum uita decessissent, nemo illos uixisse sentiret. Nam λάβε βίωσας, ad uerbum cōmode non potest reddi, uerum hanc habet sententiā, quasi dicas: nemo te sentiat in uita fuisse. De hoc adagio recte dictum sit, nec ne, Plutarchus commentarum conscripsit, si modo non fallit in scripto. Nam cum uerteremus, phrasis ipsa nō nihil reclarare titulo uidebatur. Alludit ad id Horatius:

Nec uixit male, qui natus moriensq; fessillit, Id est, quem nemo sensit, nec prodeuntem in hanc uitam, nec excedentem e uita. Alludit huc nō fallor, Ouidius in libris tristium:

Crede mihi bene qui latuit, bene uixit, et intra Fortunam debet quisq; manere suam.

Reccensetur apud Suidam prouerbij nomine.

Labyrinthus.

LI

Λαβύρινθος, id est: Labyrinthum olim uocabant orationem, ad rem quampiam uehementer impediā et inextricabilem. Veluti siquis philosophiæ studium Labyrinthum uocet, quod semel ingressis nullus unquam sit exitus. Aut uoluptatis studium Labyrinthum uocet, quod aditus ad eam proclius, exitus difficillimus. Sumptum à Labyrintho Dædali. Huic non dissimilis erat Mæander. Id erat picturæ genus ortum ab exemplo Labyrinthorum, cuiusmodi uidemus et hodie in nonnullis pavementis. Vititur Prudentius in carmine, cuius initium, Cultor dei.

O tortuosas serpens Qui mille per Mæandros, Fraudatq; flexuosas Agitas quietæ corda.

Hinc et Mæandros Lydia fluuii nomē, quod flexuosus erret.

Labore laboriosus.

LII

Πόνος ποικρῶς, id est: Labore laboriosus. Ipsa figura hyperbolē habet laboris imodici. Refertur à Suida prouerbij titulo. Extat autem apud Aristophanem in Lystrata. Subest autem et iocus ob amphibologian uocis. ποικρῶς enim Græcis ut laboriosum, ac miserum, ita significat et malum astutumq;.

Laciadæ.

LIII

Ἐ λακιδῶν αἰ, id est: Laciadæ, uulgatum conuicium in mæchos. Populus quissiam est Attice Laciadarum. tribus Ceneicis, apud quos ingens raphanorum copia. His autem utebantur in adulteros deprehensos ludibrii causa. Refertur apud Suidam.

Laborem ferere.

LIIII

Πόνος ἀτελες, id est: Laborē ferere, uulgo dicebantur, qui frustra laborarent, quasi nihil fructus ē labore reportati uī, præter laborem ipsum. Autor Dio genianus.

Labrax Milefus.

LV

Λαβραξ μιλῆσιος, id est: Labrax Milefius. In stolidū et auidum dicebatur. Labrax enim piscis genus lato oris ritus, unde est eam totam unā cum eret, succibus corripit, atq; ob id facile capitur. Vnde apud Platum lenoni Labracis nomen. Aristoteles hunc annumerat inter eos qui præda lamatiūq; iuuant. Lingua est ossæa, et affixa: cor triangulū. Aristophanes apud

nes apud Athenæum libro septimo Labraces piscium sapien-
tissimum appellat.

Ἀβραῶν δὲ πῶντων ἰχθύων σοφώτατος.

Apud Miletū autē Asiæ ciuitatē prægrandes, et item plurimi
Labraces esse dicuntur, propter stagnū in fluens in mare. Gau-
det enim hic piscis aqua dulci. Aristophanes in Equitibus:

Ἄλλ' οὐ Λαβραεὺς καταφορῶν μιλιασίδος
κολοσιόεος, id est:

Hanc cum lupos uoraueris Milesios, Facies tumulum.
Nam quidā hūc piscem esse putāt, qui Latine Lupus dicitur.

Laures Peltam. LXV

Ἀδραῖος τὸν περὶ λαῦν, id est: Laures Pelian. Dicitum appa-
ret, ubi quis salutem pollicetur, adfert exitium. Aut ubi quis
prodesse conatus, ingens addidit malum. Ductum à notissima
Pelie fibula, quem dum silie à Medea persuasus, student ad
iuuentam renocare, lebeti seruētū impositum occiderunt. For-
tassis non intempesiuiter dicitur, ubi quis falsa spe ductus,
inanem sumit operam. Veluti si quis arte, quam uocant Alci-
mican fretus, sibi promittat futurum, ut è stanno fiat argen-
tum, ex are aerum. Resartur in adagionum collectaneis, quæ
Plutarchi seruntur nomine.

Iterum, atque iterum ad

Pythum uia LXVIII

Ἄνδρες αὖ πάλιν ἰδός, id est

Iterum, atque iterum Pythum uersus uia.

Dicitum de ijs, qui molesti sunt, eadem de re iterum atque iterū
percurando. Quædam uolunt solent ignari uia, quencumq;
obuium habuerint, de uia rogare. Porro Pytho ciuitas Apol-
lini sacra, quæ uisuebatur à plerisque. Pytho è comœdia
sumptum. Est enim Hemistichium Iambicum, uerum non
indicat Diogenianus, et mihi non succurrit. Finitimum illi,
δὲ τῆς κῆρῆς, id est: Louis Corinthus.

Cum Delphis sacrificauerit, ipse
carnes abstinit. LXVIII

Plutarchus septimo libro, Ἐν συμποσίου καὶ μ, hunc se-
narium ueluti prouerbialem citat:

Δελφοῖσι θύσας αὐτὸς δὲ φῶνεν κέρας, id est:

Carne ipse Delphis immolata uescitur.

Ostendit dici solitum de ijs, qui uocatis cōiuijs ipsi cibos ap-
positos deuorant, ut illis spectare tantum liceat, non uesci. In

Delphicis enim sacris, is qui immolat at uictiman, ea uesciba-
tur. Contra fiebat his sacris quæ Hecate inferebantur. Ex

quibus nihil rediāt ad eum, qui offerrebat, præter stamiam et

tumulum. Quæquam et in diuersum sensum accipi potest,

ut intelligamus Delphicum sacerdotem nihil imperitare uia-
tina, ei qui uictiman dedit, ita fit aliquoties, ut eadē comē-
ua, seu pluribus adductis edacibus umbris, uelut harpyijs, coe-
nant omnem deuoret, esuriēte quæ uocauit. Adagium torque-
ri potest etiam ad illos, qui beneficio, quod alij dedisse uiden-
tur, ipsi fruuntur. Vt episcopi nonnulli nepotibus suis sacer-
dotia magnifica donant nonnumquam, sed ad pueros solus ti-
tulus rediit, ad episcopos prouentus.

Ἰδμύρεμ, LXIX

Ἰδμύρεμ. Olim dicebatur qui parū comode, parumq;
salubriter uiuēret, propterea quod Isthmiorum ludorum te-
pus, morbis esset obnoxiiū, ob ingentem hominū conuentum.

Mementi Suidas. Fortasse non absurde dicitur in hos, qui fru-
stra conantur, propter Isthmī perfrōnem à multis infelici-
ter tentatam. Qua de re dictum est nobis alibi copiosius.

Ipsi curandum. LX

Ἀνθρῶ μελάντερον, ἄλλ' ἐπὶ τὸν οἶκον, id est: Ipsi cu-

randum est, sed in domum. Zenodotus ait huius adagij men-
tionem fieri apud Aristophanem in Agricolis: præterea apud
Platonem grammaticū. Natum uentum ab ædibus quibusdam
maximis, quæ locabantur conducere uolentibus. Vnde conue-
nire uidetur, siquidem coniecturæ sequi fas est, ubi nihil adse-
runt, quod sequuntur, Græci scriptores, in eos, qui rebus alie-
nis liberius utuntur, ut solent qui in conducto habitant.

Hyperberetæa. LXI

ὑπερβηρεταῖα, id est: Hyperberetæa, dicebatur olim ad-
modum ferotina, quæq; uix tandem aduenirent. Apud Mace-
dones extremus anni mensis, ὑπερβηρεῖον appellabatur.

Vnde quæ in longum proferebantur, Hyperberetæa dicebat-
tur, perinde quasi apud Latinos dicās decembria. Et ὑπερβη-
ρεταῖον, compendinatōres. Suidas existimat eum esse mens-

sem apud Macedones, quem nos octobrem uocamus, quod tum

sera sit æstas, et quæ tum proueniunt post legitimum tem-

pus prouenire uidetur.

Vlyssis remigium. LXII

Homines nequam et uoluptatibus addictos Horatius in

epistolis Vlyssis remigium appellauit, prouerbiali nimirum

figura.

Remigium uitio sum Ithacensis Vlysi.

Vt qui nec à Circes poculis temperarint, nec à Lotophagis

auelli poterint, nec à Solis bubus abstinerint. Vnde Home-
rus Odyssee primo:

Ἀνθρῶ σφετερέσθην ἀναδελφισμῶν ὄλοντο

Νηῖοι, id est:

Ipsorum siquidem uerorū dia perdidit illos Amentes;

Non dissimili figura dixit, sponso Penelopes, et Alcinoos

uoluptarios et uirtutis negligentes. Item alio loco Phæacem

appellat nitidam, et bene ciuat a ciue:

Vt possim pinguis Phæacὴς reuerti.

De Phæacibus Homerus Odyssee libro octauo.

Ἄρει κμητὶ δ' αἰετὶ π' ἔλκην κηδάρης τε χοροῖτε

Ἐίματα τ' ἰθρημοιόεας, λος ἔσπε θερμὰ, id est:

Nos uero semper capiunt, citræaq; choriq;

Et uarie uestes, et balnea calda, choriq;

Idem de porcis Penelopes, Odyssee libro primo:

τῆς τριμῶν μὲν ταῦτα μέλας, κηδάρης κ' ἄϊος ἄϊ.

Ἐίς, ἐπὶ ἄλλοῖσιν βοῖσιν κ' ἰπποῖσιν ἔδρασι, id est,

Istos sollicitant hæc, conuentus, citræaq;

Et facile, ut qui aliena sient impune uorantes.

Zaleucilex. LXIII

ζαλευκὸς νόμος, id est: Zaleucilex. De edito manda-
to; plus satis rigidio, parumq; humano dicebatur. Zaleucus

quidam Locrensibus ijs, quæ uocantur Epizephyrij, leges tu-
lit acerbiores, quales seruntur, et Draconis fuisse leges apud

Athenenses, uere Draconis, ut ille dixit, non hominis. Non

dissimile illis Manliana imperia, et Phalaridis imperium.

Mementi historie Valerius Maximus libro sexto capite

quinto. Etenim quam filius Zaleuci secundum ius ab eo

constitutum ob crimen adulterij utroq; oculo carere debe-

ret, ac tota ciuitas in honorem pœnam adolescenti remitte-

ret, repugnauit aliquandiu, postremo populi uictus precib-

us, suo prius, deinde filij oculo eruto, salua legge supplicij

modum temperauit.

Zopyri talenta. LXIII

ζωπυρῶν τάλαντα, id est: Zopyri talenta. De præclaris

factis, magnosq; estimadis. Hic Zopyrus Darij regis amicus

erat, qui sibi nates et aures cōscidit, et omne corpus flagris

cruentauit, ut his argumentis Babylonijis suis faceret se Dario

male

male uelle, à quo tam inuicem esset acceptus. Itaq; Ba-
byloniorum ciuitatem ingressus, eam Dario prodidit. Vnde
Dartium dixisse ferunt, se inuim Zopyrum integrum malle,
quam centum Babylonas capere. Et oblati mabroganato,
tantum optauit sibi Zopyrum, quantum ibi granorum
inesset, ut Meminit Plutarchus in apohibegmatis. Adagium
recenset Zenodotus.

Vna scutica omneis impellit. LXV

Μία μασίρ πάντας ἐλάτνει. id est,
Vna scutica incitat omneis.
Hemistichium heroicum de negocio dictum, quod facile fie-
ret, uideletur à promptis omnibus, ac suapte sponte curren-
tibus. Fortassis apte dicitur et in hos, quos eadem causa im-
pellit, puta eadem spes lucri, studium commune, idem amor
aut odium. Sumpium ab aurigis. Auctor Suidas. V sicut Plu-
tarchus in uita Lycargi scribens urbem Lacedaemoniorum
ἀπο συντάξεως μίας καὶ ἡξέων ὄψεσσαν ἐκδονε
καὶ βαλαμύνης.

Tanquam Chalcidica nobis peperit uxor. LXVI

Ὅσοι χελκιδίων τετόκων μὲρ γυνή, id est, Tan-
quam Chalcidice peperit nobis uxor. De ea dicebatur, que
liberos quam plurimos peperisset. Tradunt Heroinam quam-
piam fuisse nomine Comben, cui cognomen fuerit Chalcidi,
quod prima arma aerea confecerit. Ea uiro coniuncta centum
liberos enixa dicitur. Sicuti proditum est in Euboicis annali-
bus, et attestatur Aristus Salaminius. Quidam ad Chalci-
dem Euboeae ciuitatem referunt, quod et Chalcidensium officii-
nis ingens armorum errorum et quadrigarum uis prodie-
ret. Stephanus enim ab officinis aerijs urbi nomen additum
putat. V sicutare licebit, ubi significabimus, multum litium,
bellorum, aut ciuicium alidicande natum.

His Medus non infidabitur. LXVII

Τὰς μὲν οὐ φουλάξῃ, id est, Hec Medus non obser-
uabit. Cum Xerxes exercitum in Greciam traducere parae-
ret, ut auctor est apud Zenodotum Dicaearchus, Graeci despe-
ratis rebus ficultates suas absumpserunt, ne multum reli-
quum fieret, quod hostis tolleret, ita dicentes: Hec Medus
non obseruabit, eaq; uox in adagium abiit, ubi quis largius
impenderet sua, ne uenirent in aliorum manus. Veluti si quis
pecunias suas erogaret amicis, ut eas liberis turpiter absum-
pturis subducatur, recte dixerit. ταῦτα μὲν οὐ φουλάξῃ.
Aut si cuius opulentus, pecunias extruendis edificijs absumat,
ne his infidetur auarus princeps, et omnium fortunis inmi-
nens, qualem nos nuper cognouimus.

In Orci culu incidas. LXVIII

Ἐν τῷ περὶ τῆς περὶ τῆς οὐρανίας, id est, In Orci culu incidas.
Sermo perniciem et extremu exitu imprecantis. Recensetur
à Diogeniano cognatum illis. Ἐὐδὴλ ἐς κέρακα, Ἐὐδὴλ
ἐς μακαρία.

Inuitus Iupiter nouit. LXIX

Ἐκωμ μὲν ὁ θεὸς οὐδ' ἐμ, id est, Inuitus quidem Iupiter
nouit. Vbi quis pollicetur quippiam, sed inuitus. In quibusdam
codicibus lego, Ἐκωμ μὲν ὁ θεὸς οὐδ' ἐμ, id est, Inuitus
tanquam Iupiter cognouit. Mihi uidetur et recte quadrato u,
ubi ferus poenas dant nocentes, ut affine sit ei quod alibi refe-
rimus, θεὸς κατ' ἐμ ἐξ ὀνείδ' ἐν εἰς τὰς διαφύσεις. Etenim
qui sero dat, aut punit, grauatiu id facere uidetur.

Excubias agere, aut ditari. LXX

Ἐξουσίη ἢ πλεονεξία, id est, Excubias oportet agere, aut
diuitem esse. De ijs dicebatur, qui ampliter facerent sumptus

de alieno. Nam ut diuites quibus amplares domi est, large
profundunt, ita, milites non parant opibus alienis, sed pro-
digunt gnauiter, et seclere parta, perdunt secleratus. Athe-
nienses insulares excubijs agendis, magno stipendio conducere
solebant. Non dissimile illud:
Ἐκωμ μὲν φησὶ ἑσπέρων με τρέφῃ, id est,
Equus me portat, alit rex.

Intra septimam. LXXI

Ἐντός ἑβδόμης, id est, Intra septimam. Subaudi Iuniam.
Edictum erat at Athenis, ut ante septimum diem mensis, exerci-
tum educeret. Recte fortassis utitur hoc adagio, quotic ad
monebimus mature, suoq; tempore negocium aggrediendum.
Meminit Zenodotus et Suidas, nec praeter ea quacum ad-
scribitur. Vide num allusum sit ad id, quod alio retulimus lo-
co, Ἐβδόμεν ἑβδόμενος, id est, septimus bos, et
τὸν ἑβδόμον βῆσον ἢ σφῆν ἡπτομῖα. id est,
Et septimum uentus adagio bouem.

Quod pueris sextu mensis egressis, farinaceus bos fingi con-
fucerit, qui luna primum apparētis cornua representaret.

In cotyla gestaris. LXXII

Ἐν κοτύλῃ φέρε, id est, In cotyla portaris. Suisiorum di-
ctum de ijs qui arbitrio alieno, quò libitum esset, huc atq; illuc
ducerentur. Aut ubi quis indulgentius fuuereit. Tractum est
adagium, à genere Iusiu puerilis, qui dictus est, ἔν κοτύλῃ.
Huius meminit Iulius Pollux libro nono, de rerum uocabulis.
Erat autem huiusmodi: Vnus quissian, reductus in tertium
manus conuigebat, stringebatq;. Rursum alter impositus in
eas genibus tollebat, suis interim manibus oculos gestantis
obtegens. Et ad hunc gestatus modum, ἔν κοτύλῃ portari
dicebatur, quod manuum complexu gestaretur. Nam κοτύλα
Graecis cum alia permulta, tum manus etiam cauum parient
significat. Hunc Iusum Iulius Pollux ait alijs item uocabulis
appellari, uelut, ἡπτομῖα et κισσομῖα.

In apes induxisti. LXXIII

Ἐἰς μελίττας ἐκόμισσας, id est, In apes induxisti. Vbi
quis praeter opinionem in ingens agmen uelut examen malo-
rum immergitur. Quae admodum euenire solet ijs, qui impru-
dentes in apum nidum incidunt. Circumlocutionibus et impe-
tentibus undiq; illis, et fugientem etiam insequentibus, hanc
facile discedit sine uulnere, qui quisq; inciderit.

Orci galea. LXXIII

Ἄϊδ' ὁ κωνή, id est, Orci galea. Distitari solitum in eos,
qui semet arte quapiam occiderent. Paracemiam ad huiusmo-
di fabulam referunt. Acrisio de masculis liberis tollendis orca-
culum consulentis responsum est, e Danae filia ipsius nasciturum
filium, à quo occidendus esset: itaq; territus aemion the-
lamon subterraneam parauit, in quo filiam inclusam adfer-
uabat, ne cum uiro quopiam rem habere possit. Iupiter autē
amore uirginis corruetus, in aurum transformat sese, atq;
ita per impluuium in Danae's gremium illapsus, eam graui-
dam fecit. Natus est Perseus. Quod simulatq; rescisset pater,
ipsam matrem unā cum infante, serino inclusam, in mare pro-
cipitem dedit. Porro serino forte fortuna ad Seriphum insu-
lam delato, Didys sublatam ad se Perseum aluit. Porro Phe-
lydesius Didys frater, qui Seriphijs imperitabat, Danae'n à
mare cepit. Verum Perseo iam adultum, non potuit ac poi-
ri. Proinde comocatis amicis et inter hos, Perseo, ait se
uelle ceramen edicere, super Hippodamie Oenoniam filie mē-
ptijs. Perseus autem exillimans si cum Gorgonis capite pue-
gnaret, nemine posse obsistere, praeter alia postulauit equos,
diucliq; Mercurij, ac Palladis, peruenit ad Pborci filias,
Memphedam

Memphelem Ennyo & Dinò. Has aiunt statim natas uenis fuisse, tum unicum dextera oculum fuisse tribus, unicum item dentem: his uicijam inter se tres utebantur. Hæc cum Perseus abstrudisset, repositibus illis, ait redditorum sese, si uiam cõmonstrassent, quæ ad nymphas duceret. Erant his nymphis alata talaria, & Cibicis quæpiam, quam peram putant fuisse. Habebat & Plutonis galeam, quam qui gestaret, is quoqueq; uoluit esse uidebat, ipse nemini conspicuus. His igitur instructus Perseus, noluer iam ob talaria, sicuti diximus ad Gorgonas deuoluat. Erant autem Gorgones tres sorores, Euryale, Sthenò, Medusa. Erat his capita, draconum squamis obfita, præterea dentes maximi, suum instar: ad hæc manus & alæ, quibus per aëra ferebantur. Aderat insuper ea uis, ut obtinentes sese, in saxa uerterent. Porro sola Medusa à tribus mortalis erat. Hanc igitur impetit Perseus. Et oculis defixis in chryseum aream, per quem tamen ipsam Gorgonis imaginẽ aspiciebat, manum porrigens, quam Pallas in Medusam dirigebat, caput Medusæ defecit. Aduolantes reliquæ duæ sorores, Perseum quidem insequabantur: uerum cum illum ob galeam Platonis uidere non quærent, retro abiit. Itaq; Perseus reuersus in Seriphum, Polydeçten aggressus est, amicum acutiũ implorantem. Quibus ad regiam concurrentibus Perseus, Gorgonis ostenso capite, quotquot obtulerent, in saxa uertit. Sublato igitur Polydeçta & Diçty in fratris locũ instituto, Gorgonis caput Palladi dedit, galeam Mercurio, cuiq; hæc peram, ac talaria: ille rursus nymphis restituit. Reliquis fabulæ, quam longius profegitur Zenodotus, quandoquidem ad enarrationem adagij nihil attinet, omitto. Utitur hoc Plato libro de Repub. decimo, dicens semper honesta propter se sequi oportere, etiam si quis uerbis audiam, uel Plutonis habeat galeam. Quibus ex uerbis colligitur, eandem esse huius prouerbij sententiam, & illius, γήγας δ' ἀκτιβίλιος, id est, Gygis anulus. Vtriusq; enim à simili fabula natum est. Proinde recte accommodantur & ad eos, quæ rara quadam felicitate, quæquid uolunt, efficiunt. Cuius generis est etiam illud: uirgula diuina. Vbi est & Origenes libro primo aduersus Celsum hereticum, declarans magis euenisse ut Christus in Aegyptum fugiens subduceret sese Herodis insaniæ, quam si sub Plutonis caside latrans eundem sefellisset. Adagium mansisse uidetur ex Homero, apud quem Iliados quinto, Pallas Diomedem Orçi galea tegit, ne uideretur à Marte: τὸν μὲν ἄνευ γυρῆε μαιφάου, αὐτὰρ ἄλλῶν δ' αὖτ' ἄνευ κωλέων, καὶ μὴ μὴ ἴοι ὄρεϊ μὲν ἄνευ, id est, Hunc Mauros cæsurus erat crudelis, at illum Orçi contexit galea Tritonia Pallas, Ne Mars hunc uirtute insignis cernere possit. Admonet interpres pro uerbo dici, εἰς ὁ αὐτὸν αὐτὸν κωλέων, id est, Induere Orçi galeam, de homine, qui occultis insidijs nocere molitur. Aristophanes ἐν ὄρεϊ νεύσιμ, ἄδεις δὲ δ' ἐμὸς γ' ἀνεκα πὰρ ἱερῶν μιν, Σκοπολαοσσωκυκλόρηχα πλὴν αὐτῶν κωλέων, Εἰτ' ἡζύνοιγε μὴ κωλέων τὰς σιανφῶ. id est, Meaq; causa sumito ab Hieronymo, Orçi galeam hispidam migrantibus puls, Dein explicato dolos & artes Sisyphi.

Initium belli.

LXXV

Ἀρχὴ πόλεμος. id est, Origo belli. Vbi quis prior læcessit inuicta, seu conuicio. Sumptum uidetur ab historiographis, quibus mos est, primum causas exponere, quibus bellum coepitum fuerit. Huc allusit Lucianus, cum ait in Pfendomante, καὶ κατὰ τὸ θεοκῶσιν ἰδὲν, ἀρχεταιὸν πάλαι μὲν ἄνευ δὲ ἴδων,

id est, Et quemadmodum ait Thucydides, hinc iam bellum oritur. Vnde ἄνευ δὲ ἴδων, id est, Laedere dicitur, qui nulla læcessus inuicta simulatente exerceat.

In fermento iacere.

LXXVI

Ἐν τῇ ζύμῃ κείσθαι, id est, In fermento iacere, dicebantur, qui animo essent ægro, quicq; iracundia turgerent. Plautus in Mercatore: Vxor tota in fermento iacet, pro eo, quod est, inuentione sit ira. Idem in Casina: Nunc in fermento tota est, ita turget mihi. Nota translatio. Fermentum enim & a corem habet & tumorem. Vnde & in diuinis literis, fermentum malitiæ rancorisq; significationem habet.

In eo ipso fitas lapide, in quo

præco prædicat. LXXVII

Chrysalus seruus in Bacchidibus Plauti, senem irridens, quem argento defraudabat: O stulte, inquit, nescis nunc uenire te. Atqui in eo adhas lapide, ubi præco prædicat. Quædrabit, ubi quis præsens, uidentisq; tamen deludatur. Nam uenit etiam hodie uulgo dicuntur, quibus fit impostura. Quod autem meminit lapidis, id traductum est à lapide quodam editore, quam Rome fuisse complurium autorum testimonio constat, unde præcones in auctionibus res uenales nunciabant. Vnde M. Tullius uulgiſsimos hominuculos de lapide emptos appellat. De Colono dictum est alibi.

Inus dolores.

LXXVIII

Ἰνὸς δόλαι, id est, Inus dolores. Inò Cadmi filia, ex Athamante, duos peperit filios, Learchum & Melicratem, præterea filiam Euryelcam. Athamas aut uersus in insulam, reliquos liberos arceu percussit, occiditq;. Inò unã cum Melicrta sese in mare abiecit. Et hanc quidem Megaras unadis appulsam Megarensis multo cum honore exceperunt, iustis perſolutes Leucothoẽ nomine commuato, illum uero Corinthum delatum, Corinthij sepelierunt, & in eius honorem Isthmios ludos instituerunt. Hinc ortum adagium, ut intolrandum, & exanimantem, ut ita dixerim, dolorem significantes, dicerent, Ἰνὸς δόλαι. Nam Achos proprie, dolor dicitur apud Græcos, qui profusus obstupescit, suiq; sensum adimit homini. Melicrtes Triorius aut Christus in Zenodotum, unde hæc retuli, fabulam, quæ peræmie dedit occasionem, narrat ad hunc modum. Athamanti prius fuerat uxor Nephelæ, ex qua duos suscipit liberos, Hellen & Phrixum. Hac defuncta, secundam duxit uxorem Inò. Ea ueluti nouerca tendens insidias Nephelæ liberis, perſuasit indigenis mulieribus, ut semina in terram iacienda prius frigerent, id est, aderent in sartagine. Ceterum ubi res male euenisset, neq; quicquam is animus produxisset, Athamas in hac rerum angustia Delphos misit, qui conſulenter oraculum. Verum Inò legatos muneribus corrupit, ut donum reuersi dicerent, respondisse deum ita demum penuriam amone depellendam, si Hellen & Phrixum occidissent. Itaq; perſuasus Athamas, Phrixum & Hellen ad aræ admoit immolatoris. Verum dij miserati: aurci uelleris aræ uectos illos per aëra sustulerunt. Et Helle quidẽ cū sese in arietis tergo non satis teneret, delapsa est in mare, quod ab ipsa Helleſponticu appellatur. Phrixus aut in Colchicam regionẽ incolam delatus est. Athamas ira decorem in rabiem uersus, Inus liberos aggressus est, quæ admodũ modo demonstrauimus.

In omni fabula & Dædali

excecratio. LXXIX

Ἐμπρωτὶ μὲν ἐκ Δαυδῆος μῦθος, id est, In omni fabula & Dædali excecratio. Quædrat in auctores atrocij bellum cinorum, aut ingentij calamitatũ, ut frequenter illorum incidat merito,

mentio, sed non sine detestatione. Tradunt ab hac ortum fabula. Paphia regina Crete, tauri amore capta, Dædalum exorauit, ut sibi adæcam ligneam ad proximam ueræ uaccæ simulationem effingeret. In hac inclusa mulier, è tauri concepit, ac Minotaurum monstrum abominandum peperit. Minotaurum autem certis de causis iratus, Atheniensibus indixit, ut quotannis, septem uirgines, et totidem adulescentulos mitterent Minotauri obijciendos. Horum omnium quoniam Dædalus causam decessit uideretur, in cum uulgo dira imprecantur, unde res in prowerbia abiit.

In parte uel ignem prædetur aliquis. LXXX

Εμ ἔσθ' ἄς ἄδ' τὸ πῦρ σκυλλοστέτω. id est, Prædetur aliquis per uices ignem quoq;.

Suidas admonet dictum de ijs, qui parum æqua referant in commune. Cum enim res communis commissâ fuerit manibus unius aut paucorum, maxima pars penes eos heret, qui diuidunt. Quid enim non prædetur, qui prædetur ignem, qui sic est natura communis, ut ipse nihilominus possideas, posteaquam et alijs fueris imbutus.

In nihil sapiendo iucundissima uita. LXXXI

Sophocles in Iacæ mastigophoro, sub persona Iacis, qui tam ab insania respiciatur:

ἐν τῷ φρονεῖν ἢ μὴ. ἢ ἔστι τὸ μὴ φρονεῖν ἢ, κατὰ ἀνάδωμον κακόν. id est, Suiuissima hinc est uita, si sapias nihil.

Nam sapere nil, doloris expertus est malum.

Hanc sententiam docti citant, prowerbij loco. Consentaneum est autem uulgo iactatum fuisse, uel eius argumento fabule, quam Horatius narrat, de quodam Argyuo, qui felicis existimari in insanie, quam sapere et ringi.

Pol me occidistis amici,

Non seruatis, ait, cui sic extorta uoluptas,

Et demptus per uim mentis gratissimus error.

Huic coniecit illud Ecclesiastice dictum: In multa sapientia, multa indignatio. Et qui addit scientiam, adiicit et laborem. Heracles Ponticus apud Athenæum autor est, Thyasylum Axonensem Pythodori filium, hoc insanie genere correptum fuisse, ut existimaret naues omnes, que in Piræam appellerent suas esse. Eas appellens summa cum uoluptate recipiebat. Soluentes dimittebat, ac prosequeretur: in summa felix erat, perinde quasi tantorum rerum dominus. Siquid perisset, non requirebat, siquid esset incolume, uehementer gaudebat, alijs iactitans suam fortunam, donec Crito frater è Sicilia reuersus correptum hominem traderet medico. Ceterum is ad se reuersus, negauit unquam suauis uixisse, sese, quam cum eo mentis errore teneretur. Siquidem cum tatum adesset uoluptatum, nihil unquam sensisse molestie.

Ignem palma. LXXXII

Ἐπεὶ πάλαι, id est, Ignem palma. Dici solitum, siquidam protinus aliquid intellectum esset à quopiam, ut si somnate dicto, statim sentiat aliquis in se dictum. Sumpti uidetur ab ijs, qui per suam igne admonet manibus alienis, qui subito sensu excitati resiliere solent, risumq; mouere spectantibus.

Sub cultro liquit. LXXXIII

Sub cultro lingu dicitur, qui in presentaneo periculo deservit. Sumptus metaphora à uictima, que iamiam ferienda sub cultro esse dicitur. Confinè illis: Inter sacrum et seaxum: Inter malleum et incidem. Horatius in sermonibus:

Fugit improbus, ac me

Sub cultro liquit. Non admodum abluat hinc Aristophanicum illud, ἔω ἔω χροεῖσιν, ἢ πᾶς ἐπὶ τῆς ἡνὲς τῶν κεφαλῶν ἔχωμ λέγειν, id est, Sum paratus terra facere, caput epixeno admonens. Est autem ἐπὶ τῆς ἡνὲς, truncus, in quo coqui fecant carnes. Est in eadem fabula multus deinde iocus in ἐπὶ τῆς ἡνὲς. Cōuenit in eos, qui periculo capitis parati sunt affirmare quippiam.

Fores habet tritas, ut pastorum casæ. LXXXIII

τῶν βοῶν ἐχὶ τῶν μῦλων ὡσπερ αἱ ποίμαι, id est, Ostium habet tritum, ut sunt casæ pastorum. Ironia prowerbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi inuuentes, semper occlusis foribus, quod pastores procul ab hominum commercio semotos, uix unquam quisquam interueniat. Meminit Diogenianus.

Apio opus est. LXXXV

τὸ σελίνα δ' ἔσται, id est, Apio est opus. Ita loquebantur, quoties morbum capitalem inuebant, et uite periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Plutarchus in Sympliciis, καὶ τοὺς ἐπισηλοῦς νοσοῦντας δ' ἔδωκε τὸ σελίνα φαρέτρῃ, id est, Et qui periculose ægrotant, ijs dicitur apio esse. Idem prowerbium meminit et causam reddit in uita Timolconis. Subest autem adagio iocus, alludens ad coronas uictorum, que ex apio fitebatur.

Ialemo frigidior. LXXXVI

Ἰαλέμας ἡχοῦστος, id est, Ialemo frigidior. De canitione, oratione, argumento, ioco, aut cuiusmodi re quapiam supra modum frigida, recte dicitur. Quodam diuit Ialemon, lugentis uocem fuisse. Nam Ἰαλέμας ἦν Ἕλλησθενος, opinor, in dictionibus. Atticis: ἔω γάμοις, inquit, ἢ μὴ τοιοῦτος δὲ πένθεσιν Ἰαλέμας. Alij tradunt Ialemon Calliopes fuisse filium, infelicem, nulliusq; precij hominè, presertim in cantu supra modum frigidum, unde Ἰαλέμας ὠδὸν, id est, Ialemi cantilenam, pro frigida dicitur, ac miserabili. Martialis uic iocis in oratore quem frigidum, ait illum unum idoneum esse: Qui Themas refrigeret Neronianas.

Humi hauris. LXXXVII

Χαμαὶ ἀντλῆς, id est, Humi hauris. De inaniter laborante dicitur. Nihil est enim, quod è solo haurias, hoc est, ab imo fundo, sitis sicus fit. Apparet dici posse quoties exhausta copia, non multum superest, quod haurias: Zeno dotus meminit.

Humi serpere. LXXXVIII

Humi serpit oratio, que presior, humiliorq; est, quam oportet, semper quasi incans, nunquam assurgens. Horatius: Nec sermones ego malleum

Repentes per humanam, quam res componere gestas.

Idem in arte poetica:

Serpit humi tutus nimium, timidusq; procellæ.

Quod quidem aut à nauigantibus translatum est, aut ab ijs, qui procumbentes in terram ita reptant, ne cretas turbo uentorum auferat. Simillimum est hinc aut fortassis idem, quod habet Pindarus in Olympijs, οὐτοι χαμμηπετέων λόγων ἐφ' ἑλπί. Item in Pythijs: χαμμηπετέος δ' ἀπ' ἕρπεος οὐκ ἔω τῶν ἑρπεων. Sumptisse metaphoram uidetur ab anibus hauri procul à terra subuolantibus: quod idè Pindarus tribuit graculis.

κολοιοι ταπεινα νεμονται. VI huic respondeat. Aquila in nubibus.

Holerum appositiones. LXXXIX

Αι τιν' λοχανων προσδινουσι, id est, Holerū additamēta. Vere nullius momenti. Sumptū uelutur uel ab holericis appo- sitis in mēsa, nulli nimium cibo, uel aularijs holerū, que noniū quam emptores fordidā ac tenues requirunt. Auctor Diogen.

Fictilis homo. XC

κεραμ. Θ. ανδρωτων, id est, Homo fictilis, id est, mol- lis, imbecillis, fragilis. Ductum à uasis testaceis, que facile col- luntur. Finitimum illi: Homo bulla. In quibusdam codici- bus lego, κεραμευς ανδρωτων, in nonnullis, κεραμ. Θ. ανδρωτων. Quorum propterea nāhi magis aridet.

Hipparchorum tabula. XCI

Ιππάρχων τωινωσ, id est, Hipparchorum tabula. Dicit cō- uenit, quoties haud impure futurum significans, si quid peccetur. A Syracusanis natum adagium. Apud hos enim mos erat, ut Hipparchi, hoc est, equitum præfecti in tabellis describerent militum nomina, qui ordinem deseruissent. Me- minit Zenodotus.

Heteromolia causa. XCII

Ετερομολι. Θ. Δικη, id est, Causa heteromolia, dicitur apud Grecos, que ab altera duntaxat agitatur parte, nullo presente, qui contradicat. αρε τω τω ετερο μολει, id est, Quid alter duntaxat accedat. Simillimum illi, ερημδι κη, id est, Deserta caussa. Vt proterum non inlegetur, ubi quis damnat absentem, ueluti cum defunctorum libros carpimus; recte ετερομολιου Δικης quis dixerit.

Harmodij cantilena. XCIII

Αρμολις μελωδ, id est, Harmodij cantio. De lugubri- bus ac tristibus dicebatur. Simillimum illi, αδ μετω μελωδ, id est, Admeti melos. Aristophanes cum alijs aliquot locis, tum in fabula, cui titulus, αζδρωε, ουδε πας εμοι ποτε τω αρμολιου ζεστω. id est, Nec unquam apud me carmen Harmodij canet.

Interpres indicat canilene genus fuisse, quod in comitis ca- ni consueuerit in Harmodium ex Aristototone, quod hi Pi- sistratidaru tyrannidem sustulissent. Eius carminis hoc erat initium, Ω τωτε αρμολιε, ουη ποτ τερωνκαε, id est, Cha- rissime Harmodi haud quaquam mortuus es. Refertur à Suidā, ac Diogeniano.

Haud canit paternas cantiones. XCIII

ου πατρικια αυδη μελη, id est, Haud paternas canit cantilenas. De eo iactatum, qui à paternis moribus degene- raret. Solent liberi maiorum suoru cantumiculis, quas admo- dum pueri didicerunt delectari. Terentius in Adelphis: Pol- Aeschine, haud paternum ihsuc dedisti.

Non certatur de oleastro. XCV

ου φιλιασ δ' αρωμ, id est, Hoc certamen non est de olea- stro. Quoties non de nugis, neq; de gloria, aut corollis, sed de re seria ac pecunia ageretur. Si quidem in pleriq; certami- nibus uictorie præmium erit oleagina, aut querna, aut alio- qui frondea corona. Meminit Diogenianus.

Hasta caduceum. XCVI

Αδω κρηνησ, id est, Hasta caduceum. Dicit solitum, quoties aliquis simul & minaturus, & ad concordiam inui- taret. Ex oraculo natum, quod huiusmodi fertur: Ανδρι ρεφωεω: Ωη. Θ. οικω, id est, Viro Gephyreo grata domus.

Admoniti erant Gephyretæ, sequentes Atheniensium exer- citum, ubi illos desubito conspicerent, ibi manerent, Itaq; cū

Athenienses ab Eumolpo oppugnarentur, ad Tanagran iter instituerunt, hac specie, ut dux caduceum præferret, inuēre armata à tergo conquiretur, ut simul & pacem petere uide- rentur, & ad bellum nihil sequens parati, si quis laceffe- ret. Recenset Suidas, ex meminit Polybus lib. historiæ quarto. Legatum, inquit, ad Byzantios Ardicum miser, & cum eo Polemolen cum tribus trivētibus, uolentes id quod est in proverbio, hastam simul & caduceum Byzantijs mite- tere. Simillimū est huic, qd' eleganter usor pauit uisus Hiero- nymus: scuto pacem petere.

Gallorum incusare uentres. XCVII

Αλεξουδων μεμφοεισ κοιλια, id est, Gallorū incu- sare uentrem. De edacibus, ac locu multum absumētibus fa- cultatum. Huic enim animanti uenter mixtice calidus, ita ut omnia statim concoquat. Aristophanes in Vespis: Αλεξουδων. Θ. με βερανας κοιλιαυ εκερ.

τωκχι. Θ. καταπεψη ταρωζιοι, id est, Mibi dixerat uentrem esse gallinæ, Celeriter enim concoquit hoc argentiolum.

Ardens uestis. XCVIII

Αιδεσ πεπλωσ, id est, Ardens uestis, siue quemadmodū in alijs legitur exemplaribus, Αιδεσ ερ πεπλωσ, id est, In- census in ueste. Zenodotus prodidit dictisolum de ijs, qui se- ditionem mouerent, calumniarq; sererent. Exstimat autem adagium natum à ueste Nefsi Centauri sanguine infecta, quā à Deianira uisam cum induisset Hercules, incensus igni sa- cro perijt. Porro fabulam, idem recenset ad hanc ferme sentē- tiam. Reliquis Centauris expugnatis, ac confectis ab Hercu- le, Nefsi unus omnium suffugerat. Is peruenit ad flumen Eue- num, & in eius ripa uersans, solitus esse aduentus transmittē- re. Deinde enenit, ut Hercules in Trachinam ad Ceycem, unā cum Deianira proficisceretur, posteaquā igitur ipse iam flue- uim transmississet, Nefso mandauit, ut Deianira transfe- ret. At is inter transuehendum, uim cepit adferre mulieri. Quod simul ac Hercules intellexisset, uidelicet illa uociferan- te, Nefsi præcordia iaculo perdidit. At is sentiens letale uale- nus, neq; se posse mortem effugere, mulierem accersit: si uis, inquit, tibi amatorum efficacissimum parare, quo possis Hercules inflammare in anorem tuum, & si quando deperbit aliam, in tua cupidinem reuocare, sic illi uis sanguine perun- gas, atq; ea peruisa, Nefsi sanguinē è uulnere fluentē apud sese seruauit. Itaq; postquam Trachinam adisset, ac riuum inde profectus Oechaliam adortus ciuitatē cepisset, reliqua populatus, Iolen puellam captiuam secum abduxit. Inmola- turus autem Ioui parenti uictimas obres bene fortunatas, ad Deianira mitti iubens, ut sibi uestem aliquam magnificam mitteret. Illa certior facta de Iolis rapto, ueritatē, ne Hercu- les illam plurius quā se fecerit, ut est zelotypum mulierū genus, uissem Nefsi crure tinctam, imbutamq; mitti, phil- trum se mittere rata. Hanc indutus Hercules, rem diuinam peregit. Ceterum ubi calefacta ueste, uenenum excitatū cor- pus grauior adbrece cepisset, auellere conatus est, uerū iam ita penitus adbrece ratā, ut nō sine carnis ipsi reuelli posset. His itaq; malis deseruatus Hercules, in Trachinam deduci- tur. Interim illa, cognitis ijs, que accidant, sustinēdo non tunc am mortem sibi conscriat. At Hercules iussu Hyllō, non hunc ex Deianira sustulit at nati iam grandem, Iolen ducere iocorum. Quo ficto in monte Oeta rogi extraxit, eumq; cōscendit. Porro cū illo inbente, nullus ex Hercules comitibus auderet ignē subdere, uidelicet nullus contig; pastor quidam forte reperiis, qui ignē inuiteret, atq; hinc officij præmiū,

sua tela dono dedit. Ardente iam rogo serunt nubem non sine tonitru obsepsisse Herculem, atq; ita sublatam ad deorū con sortium. Adagium referri non absurde poterit & ad westem illam, quam Medea uenenis imbūtā, Iasonis noue nupte do no misit, quidam existimant naphtha infectam fuisse. Itaque adnotis quibus; ex nuptiarū ritu tedis, flamma sumit, nisi ue riter & puellam, & patrē auxiliari cupientem exuist. Huius rei mentionem facit Euripides in tragedia, cui titulus, Me dea. Huiusmodi fibellas, ut sepemterro testatus sum, nisi ue rerer, ne parum cruditis uideret incertia præterisij, cū in mil gatis collectaneis habeantur, nequaquam ascriptiorum erant.

Senecta leonis, præstantior hinnulorum iuuenta. XCIX

Ἦγας λέων & κριῶνον ἄκματον νεβρῶν, id est, Leo senex uigente potior hinnulo. Citatur apud Stobæum ex Hip pochronte poeta. Senectus uiri fortis ac strenui, præstantior est iuuenta quorundam ignauiorum & imbecillium iuuenum. Venustus fiet, si longue transferatur. Veluti si quis ingenū docti senis & exercitati, præferat ingenio parum eruditi iu uenis. Dicetur non inepte & in senectutem crudā, uiridemq; amiq; uiribus adhuc pollentē, in quam competet illud Eu ripidus ex Ione: τὸ τῶ ποδὸς ἢ βραδύ τὸ δὲ νῦ ταχύ. id est, Tardus quidem pes, animus est uelox tamen.

Eodem pertinet illud eiusdem in Andromacha:

Πολλῶν νεῶν γούρ, κἀρ γέρον εὐχρησῶν ἢ κριῶνων. id est, Gnauius senex & iuuenibus compuriibus Præstat. Aristophanes in Vespiis:

Ἐγὼ τοῦτο μὲν νομίζω ἡγασ εἶναι κριῶνον, ἢ πολλῶν κοκίνας νεωλῶν. id est, Ego meam senectam arbirior præstantiorem esse, multis adu lescentium cincinnis.

Nudior paxillo. C

Γυμνότερ & πατῆλας, id est, Nudior paxillo. De ex treme paupertatis homine dicebatur hæc hyperbole. Nam paxillis corticem quoq; detrahimus.

CHILIADIS SECVTIDAE CEN TVRIAE DECIMAE FINIS.

DES. ERASMI ROTER. PROVERBIORVM CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA PRIMA.

Herculei labores. I



Ἡρώλοιο πόνοι, id est, Herculei labo res, bifuriam accipiuntur, partim plu rimi, atq; ingentes, quiq; uires deside rent Herculanæ.

Quæmodoq; usurpauit Catullus.

Sed te, inquit, querere iam Hercules la

bos fit, Item Propertius: Deinde ubi perituleris, quos dicit fama labores Herculis. Ac rursus alibi: Non labor Alcide.

Partim Herculei Labores dicuntur, qui sunt eiusmodi, ut alijs quidem maximas adferant commoditates, cæteris autori suo

nihil ferre fractus adducant, præter aliquantulum fame, plu rimum inuidie. Idq; ita fato quodam accidisse putant, quod ἐν τῆ ἐξείδι ῥυπνῶσιν, id est, quartā natus luna credatur, sicut alio dictum est loco. Homerus poetico more causam in Ateneam & Iunonem reijcit, quæ in ista Herculi, tanquam ex pellice nato, periculis omnibus illum obicerit. Celebran tur igitur, atq; etiam enumerantur a poetis Herculi labo res: quorum omnium longe difficillimus ac maximus hydræ Lerneæ, malum pernixæ, ac propemodū inexpu gnabile illi, qui iam omnia deuicerat. Cuius simbolo ueteres inuidiam ex primere uoluisse, satis indicat Horatius in epistolis, cum ait: Diram qui contuiti hydram, Notaq; fatali portenta labore subegit, Comperit inuidiam supremo sine demandam.

Consequit enim hæc terrivra pestis pulcherrimorum fici norum esse comes, eximiamq; uirtutem non aliter quam umbra corpus assquæ, ut apposite dixerit Iosephus in opere de Iudæa captā, ἀμύχωρον δὲ ἐν πταρχίας φθόνου εὐνο φρεῖν, id est, Nulla ratione fieri potest, ut in recte factis egi gias inuidiam. Quis enim umbram effugiat inuidiæ, nisi pari ter & uirtutis lucem effugerit? Cohærent inuicem hæc duo, ac rem omnium optinam, res omnium pessima conatatur. Proinde Pindarus uidetur non sine causa scripsisse: τὰς ἔχρημαι φθόνου ἀμειβομένων τὰ καλὰ ἔργα. Grauer & indigne ferens, nimirum quod est indignissimū, præclara facta inuidie premio pensari. Neq; uero parū cin ne, ueteres illi uidentur inuidientie symbolum. Excetæ tri buisse, primum palustri malo, quod quemadmodum tradunt etiam natur alium e causam uestigatorem, magis huic morbo sint obnoxii, qui humidi, abiectiq; animo præditi sunt, sunt autem quibus sanguis inest frigidior. Eandē ob causam, & apud Nasonem:

Inuidia domus est in uallibus imis Abdita, sole carens, non illi perniā uento. Tristis, & ignaū plensissima frigoris, & quæ igne uacet semper, caligine semper abundet.

Neq; uero cum simplici portento res sed centum armato ca pitibus, quorum si quis unum aliquod excecuerit, in eius locū protinus duo suppullident. Ea uidelicet inuidientia natura est, ut si contra lucteris, magis ac magis irites, si quando coneris splendore uirtutis opprimere, tum insurgat acrior, & inue mescat. Hic si recidas, illic maior oboritur. Captim extin guā non potest, uix tandem obruitur. Verum id per pacis con tigit, ac uix etiam ipsi Herculi. Quanquam enim liuor uelut ignis, alta petit, est tamen omnino aliquid usque adeo perfe ctum & illustre, ut eō non possit attingere. Quò loci perne misse sese gloriatur Horatius, cum ait:

Inuidia quia maior. Acris sum alibi: Et iam dente minus mordeor inuito.

Iam uero quid aliud est, quod obtreffatores isti clancularij, solent in eos euomere, quæ pulcherrimis sudoribus, orbi pro desse conantes, præclarum aliquod moluntur, quam meruū rus, ac uenenum plusquam letale? Quandoquidem generosis & excelsis animis, sua fama, quam impetioni isti, nō paulo ca rior, antiquiorq; solet esse, quam ipsa uita. Porro quod gen tium fabule sub Herculis enigmate significauerunt, idem He berorū historia sub Ioseph inuolucro nobis inmit. Nā quod illi Lerna, id huic fuit fratrū inuidientia. Sic enim interpretat ur Philon in libro, cui titulus, τῆ λυγροῦ βίβ. Existimat autē Ioseph eorū repræsentare per sonā, qui rerum publicarum gubernaculā tractant. Hoc uidelicet argumento, quod is pastor

pastor adhuc cum esset, iam tum recte facis, simul et patris fauorem emeruit, et germanorum in se cōcūta emulatio-
nem. Quid autē aliud est tempus administrare, quam pasto-
rem agere? Quandoquidem et Homerus, quē imbi citat etiā
Philon, regem τροπῶν λαῶν, subinde uocat. Siquidē nul-
lorum beneficiis malignius respondēt gratia, quam eorum,
qui de uulgo benemerentur. Sed quod Hercules affecit est
igni Graecanicō, id Ioseph magnitudine beneficiū. ac diu-
ni nominis fauore consecutus est, ut inuidiam obrueret, et
eosdem aliquando supplices haberet, quos antea pertrulerat
amulos, seq; iam illi uitam debere faterentur, cuius uitae pri-
denē tendēt at insidias. Proinde principes, qui publicū agūt
negocium, hoc animo praeditos esse oportet, ut ad hoc exem-
plar, communem modo spectēt utilitatem, nec magistratū,
perinde quasi caponatio sit, sibi gerant, non alij, nec legū
ueluti laqueis, insidiari uelint ijs, unde perseperint enolūta-
tum aliquod auferri posse, sed gratis de bonis benemerēan-
tur, cū monstris, hoc est, cum uitij aspidum bellum gerant,
sola recti conscientia, tanquam abunde magno recte factorum
premio contenti. Quod si meritis suis fama maligne respon-
derit, si clanculū obfubulauerit lior, si Lernaes belua, uel tre-
centis caputibus undiq; uenenum afflauerit, tum illud demū
animi uere sublimis et inuicū fuerit documentum mihilo fe-
genius ad inuortalem entī laudem, ac uel maximis incommo-
ditatibus suis aliorū considere commo di, et hunc pulcherri-
mum, maximumq; uirtutis fructum ducere, si quām plurimum
quām maxime prodesse liceat, atq; hac parte, quoad morta-
li fas est, immortale iumen uiuari. Ad quod cū nulla gratia,
nullum officiū a nobis redire queat, tamen natia, genui-
naq; bonitate, solis in morem, omnibus gerat, et ingratia,
dignis iuxta atq; indignis, suam imperitū munificentiā, hunc
uim spectans fructum, si quām plurimum sui participes effi-
ciant. Verum ut ad deum nullum enolūtaum benefactorū rea-
fluere potest, ita nec ingrattitudinis molestia potest attinge-
re. Mortalibus illud sepemoro euenit, ut pro summis meri-
tis, summam inuidiam, summumq; reportent incommodum.
Quod si nullis hominū laboribus hoc cognominis debetur, ut
Herculani dicant, eorū certe uel maxime debet inuidetur, qui
in restituendis antiquae, uereq; licentiae monumentis elabo-
rant. Quippe qui cū sudores incomparabiles suscipiant, pro
pter incredibilem negotij difficultatem, tamen uulgi sūmmam
in se concitant inuidia. Cui uires praecclare semper obnoxia
suerunt, eū uero praecipue nouitas nō solū apud imperitos, ue-
ruetiā apud eruditos, Adeo nūquā magis ingratū sanus, ma-
gis inuidi, magis morosi, nūquā minus cādidi, quam in pēsti-
tāns eorū laboribus, quibus meo quidē animo, nulla in qua
satis digna gratia referri queat. Indocili negligit, semidocti
ridēt, docti, si paucos exceperis, praecipuos quidē illos, sed
tamen paucos, partim inuidēt, partim morulos carpiunt, ac
disimulatis tam multis, quae recte dicta sint, sibi ubi forte for-
tuna, senel aut iterū lapsus fuerit autor, quis autē non labi-
tur aliquando id solum annotat, id solum meminērit. I nūc
et hoc tam magnificum praemium, tot tamq; diuturnis uigi-
lij, tot sudoribus, tot incommodis redime. Abdicat e cōmū-
nibus humane uitae uoluptatibus, negligere familiarē, ne
parce forme, ne somno, ne ualitudinē. Boni conside iacturam
oculorum, accerse praemiorum senium, contemne uitae detri-
mentum, ut plurimorum odiū in se concites, plurimū inui-
diā, ut pro tot uigilij, uonehos alioquē auferas. Quē queso
haec non deterrant a capessendis huiusmodi laboribus, nisi
si quis sit animo planē Merculeo, qui possit odiū inuidiam flui-

dio, quiduis et facere et pati Communit haec cogitatio, nō-
nihil animum meum, ut uerum fatear, atque in medijs huius
operis exantlandis laboribus lassitudo quaedam oborta est,
cogitanti numerum, quibus uisus, quos nostra uidit aetas,
quam maligne fama respondeat, etiam aliquanto iam tempo-
re defunctis, quam irrecurrent despiciantur ab ijs, quos uere
dixeris indignos, qui illis matellam, ut dicitur, porrigant:
quam ingrate carpiantur a semidoctis, quam pauci etiā inter
eruditos, qui candidē, plenoq; laudē ore. Alius de sicut ali
quid, alius inuenit, quod nō probet, alius uitam incesit, alius
suis hidenter laudat, ut praestiterit uatperasse. Porro nulli u-
dicant iniquus, quam uel semidocti, qui doctrinam alienā sua
metiuntur, et reprehendendum existimant quāquid ipsi non
didicerunt, uel eruditi, qui nondum hoc laboris genus degu-
starunt. Nam hi planē iuxta Graecorum prouerbiū, αὐτῶν
τῶν ἑῶν ἔργων ἀπέροιστο, et ipsi stantes in litore, nauig-
antis artem ac discrimen, spectant oculos. Quod si fecissent
periculum, ut minore fastidio, ita maiore cura uenia legerent
aliorum lucratoribus. Hoc itaq; cum uideam tantis in re li-
teraria proceribus, uel heroibus magis, accidere, quid tandē
augurer futurū de me, cuius omnia quam ad illos meo doctoria,
uel uti, uerius dicam, nulla sunt, equidem nō sum necius, pra-
sertim in hoc scripti genere, in quo multo plus est laboris,
quam quisquam facile concectet, qui periculum ipse nunquam
fecerit. Deinde multis de causis, lapsus facillimus. Postremo
nūquam citius inuenires quis quod desideret. Quare nō ar-
bitror futurū alienum, si postea quam ipse locus admouisse
uidentur, super hisce rebus paucā disseram, non quo meum la-
ditatem ingenium, aut ostentem inasubrian, sed ut lectori mihi
reddam equiorem. Erit autem certe multo minus iniquus,
quis quis perenderit, quām immensis sudoribus, quam infini-
tis difficultatibus, haec ad agiorum quantumlibet rudis slyna
mihi constitit. Iam hic igitur primus esto calculus, rerum
ipsarum antiquitas, non ab Euandro, aut Aboriginibus, sed
αὐτῶν κωνσταντων, quemadmodū dicunt Graeci, sed ab ipso usq;
Saturni saeculo, et si quid est hoc etiam antiquus repetita.
Vnde fit, ut pleraq; sint a nostrorum temporum consuetudi-
ne, diis Διὸς πατρῶν, quod aiunt, semota. Proinde quid si-
bi uelit adagium, et si quid est hoc etiam antiquus repetita.
tatorē requiras, aut ex antiquis autoribus petas enarratio-
nem. At quibus tandem autoribus? Non ex uo, altero, aut
certis aliquot, quemadmodum usu uenit in alijs argumentis.
Velut si quis insituit de arte dicendi conscribere, certos
quosdam habet et idoneos autores, et eos non admodum sa-
nē multos, quos imitari sufficiat. At hic quicquid est scripto-
rium, ueterum, recentium, bonorū, simul et malorū, in utraq;
lingua, in omni iugi disciplina, breuiter in omni scripti gene-
re, nece sūm sui, non dicam enolere, sed caruissus ac penitus
excuteret, rimariq;. Siquidem adagia, eum gemule, quo ad ni
nuta sint, fallunt nonnunquā uenatis oculos, nisi acrius inten-
das. Praeterea nec obuia sunt, sed pleraq; reuera, ut prius
eruenda tibi sint, quām colligenda. Quis autē satis et sime-
tam, quām infimū laboris sit res tam minutulas, ceu per omnia ma-
ria, terrāq; rimari? Vix aetas humana suffecerit, ut tot
utriusq; linguae poetās, tot grammaticos, tot oratores, tot
dialecticos, tot jobilios, tot historicos, tot mathematicos,
tot philosophos, tot theologos, quorum uel titulis recen-
sendis defatigetor aliquis, excutias, ac reuoluas, neq; id sime-
sed sursū, ac deorsū in his, utamq; res postularit. Sifisphi
saxum uoluerit. Iam hoc opinor, nemo non uidet, nemo non fa-
tetor esse maximū. At ea quoda portio quae nostrī sudoris?

En tibi refat agmen penè maius interpretum, in quibus aliorum supinitas, atq; indigentia, nonnullorum etiam imperitia (nam hi quoq; sunt euoluendi, nimirum ut aliquando legas aurum è stercore) non mediocrem sarcinà adiuuere nostris laboribus. Age uero quid ego nunc allegem prodigiosam liberorum deprauationem, quæ sic Latinorum pariter & Græcorum codices omnes occupauit, ut quicquid attingeris citaturus, uix inquam contingat, quàm aut manifestum mendam offendat, aut subleuat occultum: tibi uero sudor nouus, exploranda, corrigendaq; exemplaria, nec ea sanè pauca, quo uilidelicet è multis unum aliquod contingat emendatius, aut multiorum collatione, quod uerum ac germanum sit, quasi diuines. Ferendum hoc quoq; nisi penè toties accideret, quoties citaueris aliquid. Citandum autem passim. His tam multis apone et illum calculum, haudquaquam opinor assernandum, quod opera ueterum, ex quibus ceu fontibus hausta sunt prouerbia, magna ex parte defiderantur. Siquidem utraq; Græcorum Comœdia funditus interdicti, uno excepto Aristophane. Latinorum item tragedia, præter unum Senecâ. Fortassis et hoc tolerari poterat, si modo lucubrations illorum extarent, qui prouerbia ab illis collecta, commentarijs sunt interpretati. Quorû de numero sunt Aristoteles, Chrysippus, Clearchus, Didymus, Tarrheus, cumq; his alij nonnulli, quorum ne tantulum quidem fragmentum ad nos peruenit. Super sunt igitur nobis recentiores quidam, ut Inuulgentes, nulloq; defectu, ita icini quoq; multiq; ueluti Zenobius, Diogenianus, Suidas, quibus haud dum constitit, maliam ne gratiâ debeamus, qui ex tam absolutis, tamq; copiosis autoribus, tam paucula quedam, tamq; nuda nobis tradiderint: an bonam, quod illorum studio qualiacumq; fragmenta uetusitas ad nos permanarint: nisi si quis id etiam horum epitomis acceptum ferat, quod illi neglecti perierit. Quænam admodum Latini quidam Luiti interitum Floro: Theopompus Trogo: Iuris Cesari Iustiniano: Theologice sententiarum, ut notam auctoris solent inuenire, nequis id profusus ab re, uero quidem sententia. Quid quod inter hos usque adeo non conuenit, ut sepenumero scèi pugnantia scribant, ut hoc deniq; pondus accedat tuis laboribus, non euoluendi solum eadem de re uarios interpretes, uerum etiam iterû atq; iterum inspiciendi, conferendi, perpendendi, iudicandi. Nunc illud etiam mihi cogita, in alijs libris sepe locum esse ingenio, ut adsit inueniendi, ceu parienti uoluptas, possisq; quouis loco, quouis tempore, mentis agitatione portionem aliquâ operis absolere, quantumq; ualueris ingenij celeritate, tantum maturare, quod insitueris. Hic uelut alligatus pisistrum, non sterneris, ut latum, ut aiunt, pedem à codicibus defleere. Totû enim serè negocium pendet à codicum copia, præcipue Græcorum, quorû iam quanta sit inopia, nemo nescit. Vnde fit, ut partim oculos conteras in uoluminibus cariosis, situ obfistis, laceris, mutilis, à timeis ac blattis undiq; deuosis: tum autem non raro lectu etiam difficillimè, breuiter eiusmodi, ut qui in eis diuile uersetur, scilicet cariem et senium quoddam sibi contrahat, partim etiam alienis. Quod ipsum quanti reserat, uel me taceat, protinus agnoscent iij, qui fecere periculum. Vt ne dicam interim illud, si quid in huiusmodi commentarijs uoluptatis est, id totum esse lectoris, ad scriptorè nihil attinere præter odiosum illum, ac semper eundem colligendi, conuerrendi, explicandi, uertendiq; laborem. Atqui uoluptas una res est, ut uere dixit Aristoteles, quæ præstat, ut in labore diu perseuerare possimus. Alibi licet ingenio ludere, licet eloquentiæ sterculis aliquando lascinare. Sunt excessus amœni, in

quibus lassus desides, ingenijq; uires resocilles. Cum in omni negotio, tû præcipue in literis, uarietas satietatè arceat, neq; patitur oboriri tædium. At hic mihi non diè μέγιστος, neq; admodum est in Græcorum procerbijs, sed ter milles eadem illa repetenda fuerunt. Quid his uellect adagium, inde natiè esset, et quem in usum conueniret, ut non alibi magis, quam hic locum haberet illud Græcis tritum adagiû, ἄνθρωπος ἄνθρωπος. Postremo nonnulla uoluptatis pars est, huiusmodi tractare res, quæ tractatu miscant, quæq; ultra splendidi et orationis copiâ auctori suppeditant. Hæc quæ tractantur, omnia sunt eiusmodi, ut usi, non tractatione splendescant, ac tum demum genuinam suam ostendant gratiâ, cû gemmarum instar commode inserta orationi inuisunt. Separata frigent, ac minutula, leuâq; quepiam esse uidentur. Adde nunc, quod alibi summa uerû opus æstimationis, et lector non aliter, quam scriptor laborat, huiusmodi quoniâ carptim leguntur, qui legit, ad unumquodlibet prouerbii animû adfert integrum, ociosum, nonnulli fortassis auidum etiâ, alij contra fastidientè. Quam autem iniqua interim mea conditio, à quo illud requiritur, ut in singulis adagionibus, explè ociosum, satiem auidum, satisficam fastidiosum. Accedit ad hæc omnia Græca uertendi labor, quem profecto nemo non diffucillimum iudicabit, nisi qui nunquam annexus sit, ut ex bene Græcis, bene Latina faceret. Hic mihi uisum perpende tantam auctoris uarietate, quorum uniaq; suus reddendus silens: cogita tot carminum genera, quorû in hoc opere tam ingens incidit turba: nam arbutor esse non pauciora decem milibus: ut si quis hoc mensurâ spacio, quibus laborem hunc absoluiamus, tantû carmina, tam multa Latine reddidisset, idq; carmine, non uideatur usquequaq; infimulandum ignaue. Porro quid alij sensitori sint, nescio. Equidè etiâ illud arbitror esse nonnihil, in tam immenso prouerbiorum numero, meminisse, quid quo loco dixeris, neque uerum turba conserpat: si non indigenti diffucillitate uersetur, quas omnes uel percensere sit diffucillimè, quid mirum si quando labi contingat, maxime festinanti? Cur autem mihi festinandum fuerit, nec redditor ratio. Quod si Flaccus etiam in alijs argumentis, in quibus hæc absunt incommoda, dat ueniam maculis, quas aut incuria fuit, aut humilitas parum cauit natura: si concedendû putat, ut in opere longiusculo somnus obrepas: si non indigenti Homero aliquid dormitanti, quid tandè cause est, cur mare celo misceramus, si pauculi forte errores, in huiusmodi deprehendantur opere, in quo præter communes illas labendi causas, nec liberum sit ren tuis auspicijs peragere, et eiusmodi duces habeas, qui subinde præbeant ansam errandi? Vt ne quid dicam interim de codicum mendis, quæ nonnumquam doctissimis uiris imponunt: ut sileam de tædio, quod uel præcipue consequit ingenij uigorem hebetare: ut taceam de tam uaria rerû omniujq; uelut quasi sarragine, qua fit ut animus huc atq; illuc in tam multâ distractus, non possit semper sibi præsens esse. Reliquum esse uidetur, ut paucis occurramus, et ijs, quos augior in hæc nostra sylua, cur è diligentèq; plurimum desideraturos. Nâ quosdam hoc animo esse uideo, ut libros mole, non eruditione metiantur, et id ætenuum absolutum existiment, ubi nihil adiungi possit, super sint pleraq; quibus nihil satis, nisi quod impendio niuium, atq; ibi deniq; copiam esse iudicant, cû ad satietatem uent; dicuntur omnia. Horum igitur quæstionem dicet quædâ à me copiosius, locupletiusq; tractari potuisse. Tum autè in euoluendis autoribus, occurret alieni loci aliquis, qui ad prouerbium faciat, aut nò faciat, sed illi ficere uideatur. Huc protinus caillabitur præteritû à nobis. Principio, quis

ego tam arrogans, qui istud ausit profiteri? quis tam ini-
 quus ut extigat, in huiusmodi scripti genere, ne quis omnino
 pretereat locus? Ut nihil non legeris, nihil non amotaris,
 nihil non apparueris, ita ne statim in tā immensarētū turba
 succurrat, qđ oportuit, quoq; oportuit loco? Deinde que tā-
 de futura fuerat molesta diligētia, indecūq; cōquirere, quic-
 quid quocūq; modo poterat ad puerbij locupletationē accō-
 modari? Quis tandē futurus fuerat uoluntū, aut modus, aut
 finis, si Sardoniū risum, ut hoc exēpli causā ponā, explicans,
 totius huius insule descriptionē ē Geographorum omnium
 libris repetere uoluissē, loci situm, gentis antiquitatem, ori-
 ginē ac capite, quod aiunt, usq; ad calcē percerere? Deinde
 que sit eius herbe species, que us, quicquid apud illum medi-
 corum super hac literis proditum inueniatur, in unū conuer-
 teret? Ad hec quiris ille signator, quibusq; de causis appa-
 reat in moriente, ex physico-rum sententia commemorare?
 Deinde quibus hoc risus genus aliquando fuerit familiare, ex
 omnibus historiarum monumentis perquirere? Tu autem,
 quān hie risus uirum uobum dedecet. In summa quicquid
 de laudato, aut illaudato risu legatur apud morales philoso-
 phos, ac pōetās, id omne in eundem congerere acruam? Pos-
 tremo si quod apophthegma, si quid irbane dictum, si quod
 memorabile factum, si quis apologus, si qua fabula, si qua sen-
 tentia, si quid omnino uel affine, uel contrarium, quod ad ex-
 plicationem adagionis utcumq; trahi queat, id uniuersum ac-
 cumulare? Hoc propositi si mihi fuisset, quis non uidet ex sin-
 gulis ad agijs singula uoluntū reddi potuisse? Qui minus ab-
 surdum hoc, quā si prouerbiū, ἰλιὰς κερκίον enarratus
 fuerit, uniuersum bellum Troianum, ad gemino, sicut ait Flacu-
 tus, ouo, pergam ordinē? aut explicaturus ὀδύσειον μαχη-
 τικόν. uniuersum Odysseē retexam argumentum? Deinde
 quān frequenter, hic incident loci conuines de morte, de ui-
 ta, de amicitia, de similitate, de isto atq; iniusto. Sed inepte
 facio, qui eos recensere pergam, cum totidem penē numero
 sint, quot ipsa prouerbia, quos haud magni negotij fuerat ita
 de uoluntarijs locupletare rationibus, ut singuli uel in declama-
 tionis magnitudinem fuerint extituri. At istam sanē diligentiam,
 prater quān qđ ea stultissima futura fuerit, ne praefata quid-
 dem possit, qui scribit Chiliadas, neq; ferre qui legit. Itaque
 magis arbitratus sum in hoc opere, modum esse querendum
 mihi, quān copiam, exitū potius quān progressum. Quān-
 quam si quid prouerbitibus nobis uelut obiter in mentem uen-
 nit, quod ē dignum cogitū uideretur, ē ad prouerbio non
 alienum, id quidem nō sumus ex arati, ceu auct. ar.ū. adijcere.
 Deniq; sunt aliquot loci, cū enim non indigere fatear? sed hi
 non admodum multi, in quibus ē ipsi de ingenio nōnihil,
 quos tamen non existimauimus omnino silentio pretereun-
 dos, tametsi nobis nō usquequaq; satisfecerent ea, que super
 his apud autores adhuc reperissemus, sed uel in hoc recense-
 risum est, ut alijs, quibus seu plus est ocij, seu maior librorum
 copia, seu memoria felicit, ē uerborū cruditio, diligētius ue-
 stigandi ministraremus occasionem, ipsi Comicum interim
 illud usurpates, οὐχ ὅς βελῶ μεθεῶ ἀλλ ὅς ἐ σωῶ μεθεῶ.
 Videbam ē ordinem nonnullum induci posse, si similit, disti-
 midum, contrariorū, confiniumq; rationem secutus, titulos
 quo amplioribus proposuissem, ē unumquodq; prouerbiū ue-
 lut ad suam classē retulissē. Verum hunc prudens omisi,
 partim quod in huiusmodi miscellanis hoc ipsum mihi uide-
 retur, nescio quo pacto decere, si nullus adfit ordo: partim
 quia uidebā, si omnia eiusdem sententia, uelut in eandem clas-
 sem infussissem, futurū ut ex æqualitate lectori tedium obori-

retur, ac subinde nascens, clamaret illud, δις ἡσάμεθα ἄρα
 uer. C. ὁ δ' αὖτὸς κερκίδος ἔστιν ἐν τῷ βελῶ. Partim
 quod me deteruerit magnitudo laboris. Cur enim mentiar?
 Perspiciebam id fieri non posse, nisi totum opus demo, a ca-
 pite usq; ad calcem relexissem, neq; cogitandum de editio-
 ne, nisi iam supremum illum Colophonem addidissem, ut ue-
 iam iam opus futurum fuerit Horatiano nouenno. Ad mne li-
 cent etiam inter edendum, adiungere, si quid occurreret indi-
 gnū quod pretermitteret. Porro autem, uix adducor ut
 credam ullos tam iniquos futuros, exant, qđ hos futuros
 arbitror, ut eloquentiam etiam exigant, primum ab homine
 Hollando, hoc est plus quān Ecoto, sed extra locum, in ope-
 re, quod totum ac proprie sit ad docendum accommodatū,
 ē ad docendum res, non illas quidem indignas cogniti, sed
 ita minutās, atq; humiles, ut uermetiam repellant, ac repen-
 dent. In tam uariarum consecratione, in tam assidua no-
 menclatura scriptorum etiam humilium, que mihi docendi
 causa crastus etiam ē pinguis et adhibenda: in tam fre-
 quenti Græciani sermonis interiectione: in tam crebra tra-
 ductione, quis erit splendori locus, qui nitor, que æqualita-
 tas, qui fluxus orationis esse poterat? M. Tullius non requi-
 rit eloquentiam a philosopho, ē quisquam eam requirit a
 pæreniographo? Seneca nusquam de siderat eam, nisi cū par-
 uo constat, cum ulro adest, ut res magnas magnifice prose-
 quatur, ac hic affectare rhetorū supellectilem, obsecro quid
 aliud erat, quān quod aiunt, εἰ τῷ φαυῖ μύσηος ἐπὶ
 πύργων ἀρεθὸν ἰα κολῶσεν ἐξ ἡμῶν, ut ne dicam,
 τῷ χύτρη ποιητῶν. Me quidem quanquam in alijs nō
 aspernor, nunquam magnopere cepit eloquentia studium,
 sed nescio quo pacto, magis semper arrisit cordata, quān pi-
 etia facis oratio, dum absint fordes, dum mihi sententiam ani-
 mi non incommode representet. Quod si qua nobis dicendi
 uirtus aliquando comparata fuisset, ea necessum erat, in tam
 autina, tam uaria, tam tumultuaria Græcorum ē Latino-
 rum autorū evolutione perire. Quandoquidem uertitas hec,
 uel Tullio teste, breui etiam intermissuancula solet scindere.
 Tu ut si res ipsa maxime reciperet ornamenta dicendi, ne
 uacabat quidem. Quin omne tempus, tot euolendis libris,
 tot annotandis locis, tot rebus memoria complectendis angu-
 stum etiam erat. Quæquam hoc ipse uerbis non omnino ma-
 lis efferre, nonnullam opinor, eloquentia partem existima-
 bit is, cui uere cognitū fuerit, quid sit eloquentia. Nihil enim
 moror istos quosdam eloquentia, penē dixerim simios, qui di-
 cendi uirtutes inani quodam, ac puerili uocū tinnitu metuan-
 tur, atq; ubi multorum deniq; dierum lucubratione, unū aut
 alterum soscilum suis intertexerunt scriptis, ē quatuor ē
 Cicero, ac totidem ē Salsutio uoculas asperserunt, profi-
 nis apicem Romanæ sciendie affectuos se credant. Tū disti-
 cet diui Hieronymi filius, tum putet Prudētius, tum elingue,
 mutum, infans esse uideatur, ubi quando non uiderit quatuor
 illas M. Tullij uoculas. His si quando factum esset periculū,
 quid sit huiusmodi, sicut uidentur, nugas libris prosequi, for-
 tassis ē suam agnoscerent infantiam, ē alienam eloquen-
 tiam minus impudenter cōtemnerent. Sed dixerit mihi quispiā
 monitor haud aspernandus. Atqui hoc ipsum elegas erat, ar-
 tificio dicendi rebus minutis, nōnihil amplitudinis addere, hu-
 millibus adiungere dignitatē aliquid, ē, ut inquit Vergilius:
 Exiguus hunc addere rebus honorem.

Neque uero non uacasset, si modo separas es colligendi, ē
 expolendi operas, ac in istis hie rebus temporis spaciūm in-
 pertiſſes,

peritiss. Que necessitas erat, ut iuxta Plautinum dictam, simul & sorberes & flares? Quis adergit, ut precipitates editionem? & opus tam ingens, tam operosum, ut ita dixerim, se sequamio perficere, perfectū statim euulgare? Quod si Flacci præceptum secutus, uigiliis tuas in nouū professis animo, sicri poterat, ut non folio eloquentia gratiā adtingeres, uerum etiam ut & copiosius & emendatius opus in lucem exiret, nec esset, cuius te poniteret, nec cui quicquā ap-poni uelles. Alioquin aut non oportuit suscipere pronuntiam, aut erat suscepta per omnia satisfaciendum. Hic ego profecto, neq; enim mihi moris est refragari ueris, non nullam culpe partem agnoscam, necesse est. Neque enim me clam erat opus hoc requirere, non iteologum hontinem, qui literas antiquas leuter, ac ueluti prætercurrentes degustasset, sed qui ut tam omnem euoluendis, interpretandis, excutiendis id genus autoribus contriuisset, cuiq; non tantum immorari, sed immori quoq; studijs huiusmodi licuisset. Planè perspicibam, hunc laborem nec unius esse hominis, nec unius bibliothecæ, nec paucorum annorum, quem nos solum, nostrisq; quod ait, Marte, breuiss se sequiamio absoluiuis, una dicitur aduiri bibliotheca, nimirum Aldina copiosissima quidem illa, quaq; non alia bonis libris præcipue Græcis, instructior, ut ex qua, ceu fonte, omnes bonæ bibliothecæ per omnia usque orbem nascuntur ac propagantur. Itaq; locupletissima quidem, non differt, sed tamen ma. Verum est, quo culpam hanc, si non purgare, certe minuire possim: primum quod olim me ad hoc munus suscipiendum non tam incitauit ratio, quam inducit casus, & amicorum preces impulerunt, quibus equidem cum nec aliis unquā magnopere repugnare possum. tū uero Mæcenas ille meus Gualterus Montioius inter aule Britanniæ proceres eximius, hoc à me contendebat, sic meritis, sic caris, ut omnia mihi posthabenda ducam, quoties illius mo gerundus est uoluntati. Quod si philosophorum etiā dogmata conercedunt, ut in gratiam amicorum nonnumquam aliquantulum à recto deflectamus, mihi dandam esse ueniam arbitror, qui dum tanto amico gratum facere studeo, prouinciam suscepi pulcherrimam quidem illam, sed mihi fortasse non perinde aptam, præcipue cum uiderem eruditorem neminem hoc negocij capessere: non quod impares esse iudicaret, ut equidè opinor, sed quod uigiliis illas immensas uiderent, atq; resisterent, maxime cum intelligerent gloriæ prouentum laboribus minore futurum. Deinde cū uideremus hanc esse operis suscepti naturam ut ipsam in se nullum haberet modum, uidebat necesse habuimus modum illius, non ipsius ratione, sed nostris occupationibus metiri, ut tantum impenderemus opere, non quantum postulabat, sed quantum à nostris studijs, citra uitium decidere posse uidebatur. Itaq; paulo festinantiū absoluiuis, partim quod in hoc opere nobis ueluti peregrinari uideremur: partim quod liceret, his absolutis, toto pectore reuerti ad ea, que nostræ sunt propria professionis, queq; ad mensis aliquot intermissis, amici uoluntatem magis, quam nostrum iudicium secuti. Quancūq; Horatiano præcepto non ita ualde commouor. Hoc enim ille præcipit ijs, qui ad ingenij laudem scriberent. Nos præter utilitatem lectoris nihil spectauimus. Præcipit ijs, qui carmen conscriberent, in quo teste Plinio, summa desideratur eloquentia, in adagiorum commentaria colligimus. Deniq; nouem istā edicimus, quam tamen nec ipse præstitit in carmine, fortassis præstitit aliquis in centuria. Verum eandē in Chilliadibus, tum perquam arduū esse uideatur præstare, tū requirere parum humanum, cū hoc ipsum ab iude laboriosum sit, uel scri-

bere Chilliadas, ut ne adungas toties mutandi laborem, qui priore uideatur non paulo difficilior. Quancūq; equidem arbitror curam, quam requirit Horatius, non temporū spacijs, sed intentione metienda esse. Quia quidem de re, uere possum affirmare, nec summis animum uiribus, ut quod temporū de tractum uideretur, id uigilanti, atq; assiduitate studij pensarem, ut sperem candidos lectores, nec hanc paritè omnino de siderariuis. Nam si spacij ratione habeam, præcipit auis opus: si nocles, diesq; insatigabili studio desudatas aestimer, maturauimus. Quod si non modis omnibus nostra cura respundet operi, illud certe constabit, me quancūq; inquam de prouerbij conscribere, uel apud Græcos, uel apud Latinos, loquor de ijs, quoru extant commentaria, diligentius non mediocri spacio præcessisse. Postremo quoniam infinitum est opus, & ad communem utilitatem paratum, age quid uideat, quo minus operam partiti, communi studio perficiamus? Ego uicium perfolui pensum, & fissis lampada trado. Succedat, qui uices operis excipiat. Ego sylvam nimirum, non omnino sicut opinor malignam: accedant qui dolent, qui perpoliant, qui uariegent. Ego partem eam absoluti, in qua plurimum fuit laboris, gloriæ minimum, non pigeat alios adungere, quod & facillimū erit, & splendidissimum. Mea nihil referet quocūq; nomine legatur, non laborabo, penes quocūq; summa gloriæ futura est, modo nos occasione dederimus, ut ad sua dios, tanta manari uideamus. Neq; uero uel tantillum offendar, si quis nostra castigabit eruditior, locupletabit diligentior, digeret exactior, illi ueluti eloquentior, expoliet oculosior, iudicabit felicior, dum id cum publica studioforū cōmoditate fiat, quam unam uel que adeo spectauimus in hoc opere, ut nostri nullam rationem habuerimus. Alioqui poterat & ipse quod pieriq; faciunt, eiusmodi laborem deligere, qui longe minoribus sudoribus mihi confutisset, idemq; longe maiorē gloriæ fructum attulisset. Quis enim non iudicasset egrēgiū ac magnificum facinus, si totū Demosthenem, aut Platonem, aut alium aliquem huiusmodi Latinis uiribus tradidisset? At qui dictū difficile sit, quanto minore, temporū, uigiliarum, oleiq; impendio minus hoc cōficere licuisset, quam has, sicuti uidentur, uigas congerere. Poterat ex tanto macro duas, aut treis centurias mihi deligere, atq; in his expolendis, locupletandis, elimandis, omnes ingenij neruos intendere, non paulo minore laborū semine, multo tamen liberiores fame me ipsum mihi paraturus. Verū hoc fuerat aut priuatum, non publicum studioforū agere negocium. Quā sicut ego quidem arbitror, oportet in restituenda literaria re antium Herculanum præstare, hoc est, nullo tuo incommodo, ad communem utilitatem curanda uel detereri, uel defatigari. Sed his de rebus plus satis, ac iam dudum uerco, ne quibus Heratiani laboris instar esse uideatur, hunc tam prolixū sermonē, in quem nos Herculanū laboris adagium induxit, perlegerē. Quare sinem faciam, sed si illud addidero, cum hoc aderebitur, me labores omnes Herculeos superasse. Siquid ille sentper aliis imitatus, duobus simul nostris par esse non potuit. Itaq; fugiens, prouerbū nobis relinquere maluit, quam Martem experiri, satius esse ducens, uideri incolanem, quam latu dari extintū. Nobis aut eodem tempore, cū duobus nostris immambus fuit congregandis, quoru utrumvis tantum habebat negocij, ut multos Heracles requireret. Tantū abesse, ut unicus homuncio duobus par esse possit. Nā Bafilæ simul typis excudebantur adagiorū Chilliades, sic emendatæ, locupletatæq; ut, non minoris mihi confiterit infamatio, quam prior editio, quā Vinctie apud Aluū Mamurū peregrinas.

Et uniuerse diui Hieronymi leucrationes, è quibus ut maxi-
 man ita difficillimam quoq; partè mihi proprie sumpsi, nem-
 pe libros epistolares, haud leuem per nugas pronunciat, si cui
 tantum uoluminum uel euoluendum modo sit. Nunc deum im-
 mortalem, quam grauis cũ mendarum portentis, quibus illic
 scatebant omnia, mihi fuit lecta. Quanto sudore reponenda
 Græca, quæ uir ille passim admiscet. Nam ea plerumque uel
 deerant, uel perperam erant addita. Neq; uero mediocriter
 mihi uigilijs confiterantur, qualiacumq; illa scholia, quæ cum
 suis argumentis adiecimus, nõ solum ob id, quod in re primũ
 a nobis tentata non esset quem sequeretur, cuius inuentis adiu-
 uauerit, uerumetiam quod ut Romulum narrat, non minus
 magnificum fuisse suorum facinorũ ostentatorem, quam rerum im-
 egrægiarum gestorem. Ita diuus Hieronymus, ut diuitem quan-
 dam ex omni disciplina uero & auctoram genere constructam
 penam habuit in pectore: ita nemo doctrina sue opes in scri-
 ptis, ambitiosus, ut ita dicam, ostentat. Adeo sancta quadam
 gloria, quicquid in uetere, quicquid in nouo instrumento re-
 trusum, quicquid in fabulis, in historijs, quicquid in Græcis,
 quicquid in Hebraicis literis exquisitum, id obijcit, infulecit,
 incidit. Iam in ordine digerendo, qui uarie ad diuersas erat cõ-
 fusus, etsi nulla est ingenij laus, tamen haud parum fuit mo-
 lesite. Tanta rerum mole huic hominacioni sustinenda fuit,
 & quidem uni. Nisi quod in uocibus aliquot Hebraicis, quod
 eas literæ leuiter, ac primoribus modo, quod dici solet, labris
 degustatæcimus, Brunonis Amorbachij, doctissimi pariter ac
 modestissimi iuuenis, opera sumus nõnihil adiuti. Cui uicissim
 reliquam huius operis portionem exequenti, in Græcis, ac La-
 tinis restituentis locis aliquot adsumus, operam operam pen-
 santes. Ut ne commemorem interim, nonnihil fuisse negocij,
 ut que Hieronymianis leucrationibus falso titulo fuerant ad-
 mixta, partim erudita, partim iuxta a indocta & infantia, nõn-
 nulla demerita quoq; speciem præ se ferentia, certis coniectu-
 ris, ceu uestigijs quibusdam deprehenderemus, atq; exempta,
 suis redderemus locis. Dein ut hominis sanctissimi uitam, ab
 alijs non manifeste modo, uerumetiam inuisibilissime proditam,
 ex omnibus ipsius monumentis colligeremus. Adde iam quod
 huiusmodi laborum e ratio est, ut fructus & utilitas ad om-
 nes perueniat, molestiam nemo sentiat, nisi uinum ille qui susti-
 net. Neque enim illud animaduertit lector, qui totos libros
 inoffensus decurrit, nobis aliquoties ad unam uoculam dies
 aliquot resistendum fuisse. Nec intelligit, aut si intelligit, cer-
 te non meminit, quantis difficultatibus nobis consisterit illa,
 qua legens fruitur facilitas, quantisque molestijs, ea molestia
 sit adempta cæteris. Proinde soleo & ipse mihi quæta luna
 uideri natus, cũ nescio quo fatio contigit, in huiusmodi plus-
 quam Herculeos labores incidere.

Effugi malum, inueni bonum. II

Ἐφυγον κακόν, εὗρον ἀγαθόν. id est,
 Euasi mala, sum nactus meliora.
 Huiusmodi proverbiale, dici solum, si quando fortuna
 laudior cupiam contigisset. Natum autem à ceremonijs mup-
 tialibus. Nam Athenis mos erat, ut in nuptijs puer quibusdã
 induceretur indiq; sineis frõndibus, & quernis glandibus
 operius, coronatusq; cum gestans panibus impletas. Dice-
 bat autem hæc:
 Ἐφυγον κακόν, εὗρον ἀγαθόν.
 Ea uox bene ornabatur sponso, sponseq; tanquam ad me-
 liora usq; fortunam profecturis. Malum enim uocabat spi-
 nas & glandes, panes bonum, propterea quod feriles spine,
 iuxta proverbium, quod alio possumus loco, cũ ἴσθ' ἄνωθεν,

Et glandibus uictabat agrestes illi prisci, iuxta illud, ἄνωθεν
 εἶος, ἔσθ' ἄνωθεν λάδινα. Reperto frumentorum usu, glandiũ equs
 fastidiri ceptus. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte
 significat id dici solere ab ijs, qui initiabantur, cum peractis
 iniurijs, quibus agitabantur ante mystera, iam ad honorem
 initiationis admitteretur. Nam Aeschini obijcit, quod noctu
 minus inuitandis, absterfo luto uisit eos dicere:
 Ἐφυγον κακόν, εὗρον ἀγαθόν.
 Adagium à Zenodoto refertur.

Aegypti nuptiæ. III

Ἀγγυπῆς γάμος. id est, Aegypti nuptiæ, inauspicatæ,
 & infelices dicebantur. Sumptũ à notissimã fabula Aegypti,
 qui filios quinquaginta, totidem fratris filiabus maritos de-
 dit. At hi præter unum, omnes à sponsis iugulati sunt.

Acdilitatem gerit sine populi suffragio. IIII

Plautus in Stichõ: Sine populi suffragio, tamen additæ
 tem hic quidem gerit. Vbi quis imperiosior est in alieno ne-
 gocio, aut in edibus alienis. Nam Plautus ad partem re-
 spectit in domo non sua mandantem & imperantem, non
 aliter ac sua.

Oetæus genius. V

Οἰτάιος δὲ μωρος, id est, Oetæus genius. Huic autem in-
 usum fuisse serociam & arrogantiam. Vnde cum quis inso-
 lentius quippiam diceret, faceretue, Oetæum genus adfutu-
 rum nuntiat antiar. Finitimum illi, ὃ ἐὶ τε μωρὸν λάμωρον.
 id est, Tmesæus genius.

E duobus tria uides. VI

Ἐν δύοισι τρία βλέπεις, id est, E duobus tria uides. Io-
 cus proverbialis in eos, qui uel aetate, uel ebrietate, uel alio
 quoctam oculorum uitio cæcitant.

Huc pertinet illud Maronis:

Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas.

Item illud Lucretialis:

Et geminis consurgere mensa lucernis.
 In antiquis quibusdam exemplaribus inuenio scriptum hoc
 pacto, ἐν δύοισι τρία βλέπεις, id est, In duobus tria uides,
 idq; dici solum, ubi quis aliud pro alio uidet, fallentibus oculis.
 Venustius fiet, si ad animi iudicium desceat.

Edentulus uescientium dentibus inuidet. VII

Diuus Hieronymus epistolam illam eruditissimam, quam
 ad Magnum oratorem inscripsit, huiusmodi clausit prover-
 bio. Cui quæso, ut succedas, ne uescientium dentibus edentulus
 inuideat, & oculis capere arum talpa contentus, hoc est,
 ne quod ipsi non contigit, alijs inuideat. Sic enim est fra-
 me hominum quorundam ingenium, ut quisque laudet, quan-
 tum se sperat assequi posse. Si quid ultra uires suas esse sen-
 serint, ita neant adscipi oportere. Breuiter pauco inuenias,
 qui quod in sese desierent, in alijs probent: idq; non alia in re
 magis, quam in literarum studijs. Hieronymus uidetur Gre-
 cam illam reddidisse sententiam.
 Ἀυτὸς πτωχὸς τῶς ἕξει μὴ ἀδύει. id est,
 Ne pauper ipse ijs inuide, quã possident.

Infelix uescentes cepis. VIII

Ἰνὲν τὸν δὲ μωρον φαγόπυρον, id est, Qui idem edentũ thy-
 mum. Proverbiali figura dictũ ab Aristophane in Pluto. Con-
 gruit in pauperes ac bonos uiros inter sese amicos, ὁ μωρον
 enim nullisimum herbe genus, quo temes & agrestes, ut-
 cunque mitã sustinent, quidam cepam agrestem esse putant,
 etiansi dissentiant Plinius & Dioscorides. Suidas admonet

agressis ac uilis herbae genus esse, cuius esu Comicus pauper-
tatem uescientium uoluerit intelligi. Quemadmodum Hesio-
dus per malum & asphodelum tenues significauit. Hinc affi-
ne, quod scriptum est apud Iuuenalem:

Qui tecum scitile porrum
Sutor, & elixi ueruecis labra comedit?

Solidos è cibano boues.

IX

Aristophanes in Acharnensibus:

Ἦμερὶδ' ἄ κίμυ ἄλας
Ἐκ κίβανος βόε, id est,

Apponebat autem nobis totos ex cibano boues.

Proverbialis hyperbole, de lauticijs affatim subministratis.
Antiquitus enim in delicijs erant cibi in cibano cocti. Primiti
enim panis in cibano decoqui coeptus, què κίβανόντιον, id
est, cibaniarium uocabant. eaq; res usq; adeo uisa est noua,
ut etiam prouerbio locum fecerit: deinde carnes & pisces eodẽ
modo coqui coeperunt. Vnde & thumi, & id genus alia, in
cibano cocta, xeniorum uice misistabantur amicis.

Drachmae grandio.

X

Δραχμὴ χαλαρῶς, id est, Drachma grandinosa. De lu-
cro, quod tanquam coelitus emisum obtigit. Nam olim thea-
trale premium erat drachma, quae ueluti grandinis in cor-
re in populum spargebatur. Vnde si quando grandio accidisset,
per iocũ aiebant, δραχμὴ χαλαρῶς. Autor Zenodotus.

Duodecim artium.

XI

Δωδεκάμηχων, id est, Duodecim artium appellabant
callidum, uersutum, uersipilem, uersutum, ac uarijs instructũ
dolis. Narrant scortum quoddam fuisse nomine Cyrenen, cui
cononimentum inditum Δωδεκάμηχων, propterea quod
in peragenda Venere duodecim figuris usa fuisse dicitur. Imit-
tatum est autem ex Hypsipyle Euripidis tragœdia, in qua
Δωδεκάμηχων ἄσσορ scripsit, citante Suada. Refertur
et in Raris Aristophanis: tamen si interpres pro ἄσσορ legi-
sset uidetur ἄσσορ, ut intelligamus de membro pudèdo mu-
liebri. Aristophanes sic habet, τοῦμας ταμα μέλα ψε-
ρερ, ἄνα δ' Δωδεκάμηχων κηλίως μελοποιῶν, id est,
Audes tumea uisuperare carmina, qui per duodecim artes
Cyrenes poemata fingis.

Duplices uiros.

XII

Διπλῆς ἀνδρας, id est, Duplices uiros prouerbiali ioc-
co uocabant, qui essent lubrici & insincera fide, quos nunc
uulgo etiam bilingues appellant, & Cygillus Tyrius bilin-
gues appellat. Dicitum est autem per allusionem, quod pleraq;
que uirorum nomina dissyllaba sint, praesertim seruiorum,
quorum genus uersutum & fraudulentum habetur. Vnde seni-
sus ambiguus est, potest enim accipi uel de eo, qui duabus se-
derit sellis, uel cui nomen sit dissyllabũ. Zenodotus huiusmo-
di citat epigramma:

Μισῶ τὸν ἀνδρα τὸν διπλῆν πεφυκότα,
Χρησὸν λόγῳ, πολέμιον δὲ τοῖς ἔργοις. id est,
Equidem uirum odi duplicem, sermionibus
Probris amicum, ceterum hostem moribus.

Est aliquoties et apud Homerum Odyssae. Σ.
Ὅτι εἴ μ' ἔαζ' εσι, κακῶς δ' ὄσθεϊν φρονέσσειν. id est,
Qui bene cum dicant, retro mala mente uolunt.

Rursum Odyssae. P.

Ἔσθ' ἄγγελος οὐκ, κακῶς δ' φρεσὶ βουσαδὸ μολον. id est,
Qui bene eam loquerentur, atrociam mente premebant.

Iterum eiusdem operis. Σ.

Θέλγει δὲ θυμὸν
Μελιχίους ἑπέεσσιν, τὸ σ' δ' εἰ ἔδρα μωλοῖνα. id est,

Pectora blandis

Lenibat dictis, at mens diuersa parabat.

Domini manere oportet, belle fortunatũ. XIIII

Ὅσοι μὴ ἄρ' εἰς τὸν καλῶς εὐδαιμόνως. id est,

Domini manendum est, caucta cui sint prospera.

Cui suppetit copia facultatum, is si uelut felicem agere uitam,
domi inuit. Nisiquan enim uiuitor commodius, nisiquam libe-
rius. Qui eget, peregrinando rem querat, ac firmiter expe-
riatur aleam. Potest in hunc quoq; detorqueri sensum. Qui
sibi bene conficius est, ne capiet ex alienis laudibus gloriam,
sed sit suam uirtutum conscientia contentus.

Per hastae cuspidem currere.

XIII

Δι' ὄψεως θαυμάρι, id est, Per acutum currere diceban-
tur, qui in re magnopere periculosa uersantur, ὄψ' ἄρ' enim
hastam, sine haste cuspidem uocant. Translatum uidetur uel
a circulatoribus, qui per summas hastarum & gladiatorum
cuspidis ingrediuntur. Vel à militari consuetudine, qua fieri
solet, ut qui mortem conueritus uideretur, is nudus per mee-
dias copiarum hastas, hinc atq; hinc intentas, ire cogetur.

Alia Meneces, alia porcellus loquitur.

Ἄλλα λέγει μωροκλήεις, ἄλλα δ' χοιρίδιον. id est,

Non eadem loquitur iucula, quae Meneces.

Vbi quis multum uerborum effudit, quae nihil ad rem perti-
nent. Mihi subesse prouerbium uidetur, tamen si nondum sa-
tis liquet unde natum sit. Aliud ad illud Lucillus in epi-
grammate, quod quoniam est argutum & elegans, non tri-
gebit subscribere:

Χοιρίδιον κωλ' εἶμι ἀπολωλενα. Ὁ μίαν αἴγα,
Ὅν χέριμ εἰληφας μισθῶσιον μωροκλήεις,
Ὅντε δὲ μοι κοινόν ἢ πρὸς θεοῦ δαμν γερήνῳ;
Ὅντ' ἀσάγας κλέπτεις τοῖς ἀπὲρ θεοῦ μοσιλῶν,
Ἄλλα πρὸς εὐπυχίῳ ἔχοισιν κέισιν, ὡς πε τὶ ποιῆ
ἔνθα δὲ μοι ζέξεις. Ὁ λακεδαίμονιοι;
Πλὴν κἀμὺ μνηστὴν νόμου χέριμ, ἢ μέγα κέρως
Ἄλλα λέγει μωροκλήεις, ἄλλα δ' χοιρίδιον. id est,
Sucula, bos, & capra mihi pernent Meneces,

Ac meces horum nomine, pensa tibi est.

Nec mihi cum Othryade quicquam est iue futue negoti,

Nec fures illos huc cito Thermopylis.

Sed contra Eurychidem nobis lis, proinde quid hic mi

Aut Xerxes facit, aut quid Lacedaemonijs?

Ob pactum et de me loquer, aut clamauero clare,

Multo aliud dicit sis, aliud Meneces.

Cum huius epigrammatis argumento conuenit et illud, quod

est apud Martialem libro sexto:

Non de uis, neq; caede, nec ueneno,

Sed lis est mihi de tribus capellis.

Vicini queror has abesse fiant.

Hoc index sibi postulat probari.

Tu Canas, Mithridaticumq; bellum,

Et peritria Punicis feroris,

Et Syllas, Mariosq; Mutilosq;

Magna uoce sonas, maniq; tota.

Iam dic Posthume de tribus capellis;

Vtrūq; igitur in eũ recte dicitur, qui δ' ἰσχυρόνως ἢ ἀπερο-
δίοντιον, hoc est, exiit causa quae sunt, & ad rem nihil at-
tinent, dicit. Aliud sis, aliud loquitur Meneces, & dic de
tribus capellis.

Haud annuncias bellum.

XV

Ὁὐ πόλεμον ἀγγέλλεις, id est, Nō annuncias bellũ. Dicit
solum, ubi quis rem oppido letam annunciat, quod bellum
res sit omnium

res sit omnium calamitiosissima, et tamen ad huius vimorem hodie plerique mortales hilarescunt, nimirum sceleratissimum illud Ceryi genus, qui malis humani generis adiutor. Iulianus in epistola ad Basilium, ἡ μὲν ἡρώδης φασίμου πόλις μορ ἀρῆλας, ἐγὼ δὲ προσοίσις ἐκ φθί κωμοφύλας, ὃ χροσὸρ ἀρῆλας ἐπὼμ, id est, Prouerbio dicitur haud bellū annuncias. Ego uero illud addiderim ex comedia: Ὁ ἀσσοῖς νουκίος uerborum. Conduplicauit prouerbiū Iulianus, quandoquidem et hoc prouerbio, χροσὸρ ἀρῆλας ἐπὼμ. Sumpsum est autē ex Aristophanis Pluto. Verba sunt senum chorum expletuū ad Carionem, qui Pluti annunciat aduētum. Viri pauit et Plato in Phaedro, ὁ πόλεμόρ γε ἀγρῶδης, id est, Haud sanē bellū annuncias. Acristum lib. de legibus tertio. Pindarus in Pythijs hymno quarto, ἦν δ' ἐμῆος, καὶ τὸ δὲ σωτῆρῶν ποσὶν, ἀγέλορ ἐσλὸρ ἔρα ἡμῶρ μετῆσῶρ πρὸς ἄρῆλας πῶρτῖ φέρει, id est, Quin ex Homeri dictis et illud conferens orna. Nuncium bonū ait honorem maximū in omni negotio ferre. Versus autē quem citat Pindarus hic adfertur ab interprete, ἔσθλὸρ ἔ δ' ἐκτικτῖ, ὅτ' ἀρῆλας ἀσίμα εἰδῖ. id est, Hoc quoq; praedictum est, ubi nuncius optima nouit. Extat autem Iliados. O.

Machinas post bellum adferre. xviii
τὰς μηχανὰς μετὰ τὸν πόλεμον κομίζει. id est, Machinas post bellū adferre dicebantur, qui peracto negotio, sero adhiberent apparatū. Briuius in epistola quadam ad Lycios, οἱ μηχαναὶ ἡμῶν μετὰ τὸν πόλεμον, ὡς ἢ πρὸς μίαν, ἐκομίζονται, id est, Vestrae machine post bellū, nisi prouerbio dicitur, adductae sunt. Alludit ad illud Platonis, quod alio reddidimus loco, οὗτος γὰρ τὸ πολέμου μεταλαγχάνει, id est, Ad ipsum modū oportet ad bellū accedere. De Melotide dicitur suo loco, quem aiunt ad Troiā tenuisse, quo Priamo ferret spem, cuius tē iam capta.

Leuissima res oratio. xviiii
κεφώτατο πρὸς ἄρῆλας, id est, Leuissima res oratio. Synesius in epistola quadā ad Theophrastum, ἡσώσῃ τῆς ἀνδρωπῶν γλῶσσῃ, ἐνέτυχον ἀνδρῖ προσπετεσέω τῶν χῆρῶν, καὶ τῶ δ' ἢ τὸ λεγόμενον, κεφώτατος πρὸς ἄρῆλας τῶ, ἑσώσῃ τῶν ἡμῶν ἀνδρῶν, id est, Homo precipitū lingua cū incidisset in uerū, maui magis precipitū, iuxta id quod dici solet, et leuissimae nempe sermonis, ex auisissimas paruas dedit. Porro quod Synesius adducit, propemodum id tenet esse apud Platonē lib. de legibus quarto. δ' ἰοὺ κέφωρ ἔ πῶν ἡμῶν λόγῶν ἑσώσῃ τῶν ἡμῶν, id est, Propterea quod leuissimū ac uolatilium uerborum grauisssimā sit pecunia. Referuntur et apud Plutarchum in libello, πρὶ σοσ γῆσιος, ex autē Platone. Apud Homerum passim obuium est illud: ἔπειτα πῆρ ὄρωτα ἡσώσῃ τῶν. id est, En uerba uolucris dixit.

Verba alata cognominat, quod facile uolent, et reuolare ne fiant. Proinde Horatius:

Et semel emissum uolat irrenuabile uerbum.
Non omnia eueniunt, quae in animo statueris. xix

Homerus Iliados. E.
ἀλλ' οὐ ζῆν ἐνδ' ἑσῶν νόκηλα πᾶν τῶν τελευτῶν. id est, Iuppiter haud quicquid animo conceperis, illud Perficit exemplo.
Hoc eundem carmen inter adagia adscribendum existimauit, propterea quod eadem sententia etiam hodie uulgo dicitur. Et Pindarus in Olympijs:

πολλὰ δ' ἀνδρῶσι τοῖς ἦν γῶμαρ ἔπεσορ. id est, Multa mortalibus praeter animi sententiam eueniunt, quod ipsum citauimus et alibi. Recte uterque quoties significabimus, nō euenire protinus, quicquid sine notis cōceperimus.

Murem offendit proleone. xx
μῦν ἀντὶ λέοντῶ ἀπέτῖ ἐξῆ, id est, Murem pro leone ostendit, prouerbiāli schemate dictum pro eo, quod est, ingentia pollicitus, et fortia, longe diuersa exhibuit. Synesius in epistola quadam ad Anastasium, ἔκκεσῶν γῶ αὐτῶ δ' ἐξ πῶ ἔ ἰς ἡ τῶς δ' ἐ ἀμῶνε λοιδωροσάμῶ, καὶ πάντα ἐπωατενῶ μῦν ἔπερ ἡν ἐρεῖδῶ ἔ παρ ἐμῶ, πωυτῶς ἄρ ἐμῶσάμῶν, ἀπέτῖ ἐξῆ δ' κἀδῶσῶ μῦν ἀντὶ λέοντῶ, id est, Cum inclamasset in illū bis, aut ter, ac de playstro, quod aiunt, conuicijs in seclatus, nihilq; non in eum esset uociferatus, cuiusmodi uel a meipso dicta fuisse, maximi fecerim, deinde murem pro leone exhibuit seclis. Suptum apparet a bestiarijs, qui ridiculī gratia multa polliciti, quasi leonē immanē, et insolite magnitudinis emissari, mox murem emittunt in caenam.

Pugnis & calcibus. xx
πῦξ καὶ λαξ, id est, Pugnis et calcibus. Prouerbiāli figura dictum reperitur, pro eo quod est, omni contumelia genere, totiq; uiribus. Synesius in epistola quadam ad fratrem, οὐδ' ἐν τῶν ἐν τῶν μῶ δ' λαξ ἐπαλῶσῶ ἦν ἐπικεσέσῶν ἡν, id est, Neque pugnos impinget, neque calcibus impetret quempiam meliorem. Aristophanes in pace: Πάειρ, ὀρῶτῆρ, πῦξ ὁ μῶς καὶ τῶ πῶτῆ. id est, Ferire, foderē, pugno, uitem; et mentula.

Quo loco interpres admonet prouerbijs, πῦξ ὁ μῶς καὶ τῶ σῆλε, id est, Pugno simul et tibia. Nā Comicus rīsus causa, pro tibia mentulam mutat. M. Tullius in oratione pro Sulla dicit, quandam non solum uerbiis uti improbijs solitum, uerum etiam pugnis et calcibus.

Inimicus & inuidus uicinorum oculus. xxii

Alcippus in epistola quadā ad Encyponem, δ' ἡσῶ μῆνῆς, ἔ ἰσῶσῶσῶσῶ ἦν γῆτῶν ὀφθαλμῶσ φασίμ ἢ πρὸς μίαν, id est, Inimicus et inuidus uicinorum oculus, ut dictum est prouerbio. Extat autem apud Aristotelem libro rhetoricorum secundo. Vicinus inuadet uicino, iuxta Hesiodi sententiam. Nec inuidemus ijs, a quibus longo absunt intervallo, sed quod propemodum speramus adsequi. Vnde Flaccus: Inuidia quā maior, Et alibi: Et iam dente nimis mordere inuidio.

Totum subuertere. xxiii

ὄλορ ἀνατρέσειμ, id est, Totum euertere dicitur, qui funditus perdit quempia, et uelut ab ipsis radicibus, funditusq; Acinetus in epistola quāpiam ad Phobianam: οὗτωσ ὄλορ μῆ αὐτῆ ἡτῖ ἦν πρὸς μίαν ἀνατρέσειμ. Δελεῖμ ὀπωνα γῶκατῶσ, id est, Ita tu me totum, quod abant, subuertem eō redegit, ut mihi sit seruandum. Cicero libro Rhetor. primo, Veritē ad extremum omnia. Ductum ad edificijs, quae subuertuntur a fundamentis.

Bona terra. xxiiii

τὰ εἶδη γῆσ ἀσῶν, id est, Terre bona. De bonis inuentis et amignis, quasi dicas, quicquid terra progignit, omnium rerum parens. Menander in epistola ad Glyceram: ἑσῶσῶσῶσῶ ὑπῆρχῶ μῦν ὃ δ' ἢ λεγόμενον τῶτῶ, τὰ εἶδη γῆσ ἀγῶσῶ. id est, Regaliter pollicens, iuxta illud quod uulgo dicitur, terre bona. Finitimum illi: Montes auri pollicens,